DE LONGI SOPHISTAE USU GRAMMATICO.

PARTICULA I.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE

IN ACADEMIA VIADRINA VRATISLAVIENSI

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE X. MENSIS MAJI MDCCCLXXIII.

HORA X.

IN AULA LEOPOLDINA

PUBLICE DEFENDET

GEORGIUS ASSER

VRATISLAVIENSIS.

ADVERSARII ERUNT:

HUGO MICHAEL, CAND. PHILOL.
HERMANNUS SPECK, CAND. PHILOL.
RICHARDUS WENDE, CAND. PHILOL.

VRATISLAVIAE.

TYPIS OFFICINAE A. NEUMANNI.

[1873]

Argumentum.

A.

Exordium.

Valde delectamur et docemur historia illorum saeculorum, quae Byzantini imperii nomine appellantur. Quocunque enim illud tempus contemplantes animo et cogitatione nos convertimus, in vita publica et privata pugnam animadvertimus infensissimam inter duas aetates, veterem et novam, inter religionem Christianam et cultum deorum Olympiorum, Omnia sunt turbata et sollicitata: fundamenta enim rei publicae et familiae, quae adhuc fuerant, labefiunt, dum novus rerum ordo plane consistere nondum potest.

Quae cum ita sint, mirum non est, quod etiam in literis et scriptis illorum saeculorum discrepantiam illam atque pugnam invenimus. Byzantio capite imperii facto et sacris Christianis ab imperatoribus susceptis grave quidem vulnus ingenio antiquo est inflictum, attamen umbra tanquam illius ingenii Constantinopolim est translata, quae per nonnulla adhuc saecula cultrix Graecarum praecipue fuit literarum. Scriptores scilicet pedestris orationis, quod ad scientiam et doctrinam attinet, Alexandrinos minime assequuntur Graecorumque artes ingenuae paulatim emoriuntur, sed poëtae praesertim quarto, quinto, sexto saeculo post Christum natum novo pulchroque at novissimo incumbunt impetu in pugnam de summa rerum ineundam cum nova aetate.

Praecipue huc pertinent carmina epica, epigrammata, fabulae Milesiae quae dicuntur. Bona

epigrammata multornm poëtarum in magna corpora sunt collata, ex quibus nostra anthologia graeca orta est.

Carminum epicorum et fabularum Romanensium certam constituere differentiam est difficile: nam epica carmina nihil fere aliud sunt quam fabulae Milesiae versibus perscriptae, contra hae fabulae merito appellari possunt erotica carmina epica pedestri oratione edita. Ex omnibus autem his carminibus intelligimus scriptores, quamvis partim atrociter contra novam aetatem et religionem pugnaverint, partim eas omnino praetermiserint silentio neque umquam earum rationem habuerint, tamen vim atque gravitatem illarum plane effugere non posse: spirat enim in illius temporis scriptis recentis aura aetatis, usquequaque animadvertimus novum desiderium cum deo communicandi, religionis divinitus missae mortalibus, omnibus locis, praecipue in amore describendo invenimus mirum illud nescio quid, cujus rei ne nomen quidem norunt classici scriptores. Antiquitatis quidem ingenium nondum funditus est obrutum, sed, ut Passowius[1]) ait, statuae antiquae e puro et frigido marmore sculptae Pygmalicnis ardoribus coeperunt inflammari novaque oriuntur opera, in quibus pulchritudo roboris sui conscia, simplex, nuda classicae aetatis cum sensu molli, humanitatis pleno, saepe quasi erubescenti posteriorum saeculorum mire est conjuncta.

Eodem tempore scripta sunt Quinti Smyrnaei Posthomerica et praecipue Nonni gravissimum opus, quod Dionysiaca appellatur, eodem pertinet carmen illud breve quidem sed amoenissimum, quod inscribitur Hero et Leander, eodem tempore floruerunt erotici scriptores, quorum optimi sunt Heliodorus, Achilles Tatius, Longus; nam qui post hos fabulas eroticas ediderunt, ut Chariton, Aristaenetus aliique, nomine poëtarum non sunt digni.

Omnes hae fabulae sunt amatoriae et amoris quidem, libidinosi scilicet, describunt per varios casus et pericula progressum, nam fere semper interrumpitur filum orationis summis discriminibus plerumque improvisis ab

---

[1]) Longi Sophistae Daphnis et Chloe. Graece et germanice per Franc. Passow. Lipsiae 1811 p. VI.

amatore et amata superaudis: Personae non raro nihil sunt quam umbrae et imagines sine succo et sanguine; contra maxime excellunt erotici scriptores amoenissimis descriptionibus, quibus res paeue aspectui nostro subjiciuntur. Ipsum dicendi genus plerumque est facile quidem et politum, sed non raro leve et. dissolutum.

Horum igitur scriptorum longe optimus est Longus, qnippc qui eorum virtutibus abundet, vitiis contra plurimis careat De cujus quidem origine et vita nihil omnino scimus: ne nomen quidem constat, nam a nonnullis Longinus appellatur; omnes autcm ei Sophistae cognomen tribuunt, quo imperatorum temporibus doctores et magistri orationis pedestris significabantur.[1]) Vixisse eum putant plurimi quarto aut quinto saeculo post Christum natum.

Quatuor libri, qui *ποιμενικὰ ἦτὰ κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην* inscribuntur, explicant amorem in puero et puella rusticis et simplicibus orientem et crescentem usque ad amborum conjugium Fabula praecipue excellit descriptionibus agrestris vitae hilaribus et amoenis, quibus bene opponuntur vitia urbana adulterorum et paedicatorum Argumentum narrationis simplicis et perlucidae fere hoc est.

In Lesbo insula prope Mytilenen in agris Dionysophanis viri divitis Lamon caprarum pastor puerum invenit expositum, duobus annis post in agris finitimis Megaclis Dryas ovium pastor puellam, quos misericordia capti Myrtalae et Napae uxoribus erudiendos tradunt. Propter caritatem anagnorismatum apud eos repertorum accuratius educantur quam pro vita agresti. Cum Daphnis quindecim annos natus esset, Chloe tredecim, in prata simul mittuntur ineunte vere, hic capras pasturus, illa oves. Chloe Daphnidem videns in fonte lavantem nihil sentit nisi desiderium iterum eum videndi lavantem. Inde amor in ambobus oriens amoenissime describitur: etiam Daphnis Chloen videt lavantem non vestitam, qua re amor adhuc ignotus in eo oritur et magis magisque augetur. Tum apparet Philetas senex, qui eis carmiua canit de Amore deo,

---

[1]) cf. Villoison prolegg. ad Longum et Longum ipsum 4, 18, 1: *ὡς μεγάλους ὁ Ἔρως ποιεῖ σοφιστάς.*

de osculis, de amplexibus, de concubando; quae omnia faciunt, sed nihii proficit. Prope autem habitat Lycaenion, libidinosa mulier ex oppido[1]) allata, quae Daphnidis inscitiam et simplicitatem in suam vertens voluptatem eum docet artem tam diu quaesitam. Illam vero artem in Chloe adhibere non audet veritus, ne eam laedat. Postremo denique origo puerorum detegitur: liberi sunt expositi eorum dominorum, quorum in fundis sunt inventi, matrimoniumque ineunt.

Simplicissimum hoc orationis filum interrumpunt varii casus suo loco incidentes: lupi greges aggrediuntur, innocentia Chloes in discrimen vocatur, Daphnis a piratis Tyriis abducitur, Chloe a Methymnaeis rapta Panis et Nympharum auxilio liberatur, parasita perditissimus Daphnidi insidiatur etc.

Quae omnia tam pulchre et dilucide sunt descripta idque dicendi genere pro aetate scriptoris tam puro et classico, ut eo legendo valde delectemur neque raro Lucianum loqui opinemur, cui in dicendo simillimum fuisse Longum multis locis demonstrabimus. Quocirca mirum non est, quod Longi libellus exemplar factum est innumerarum narrationum pastoralium apud omnes populos, ex quibus praecipue Gessnerum nostrum commemoro. Quibus omnibus caussis ad Longi studium adductus nunc, si licet, accuratius explicaturus sum, quatenus ejus oratio a classicis scriptoribus discesserit, quatenus cum illis congruat.

B.

Tractatio.

a.

De verborum formis.

Ac primum quidem priusquam contemplabimur, quomodo Longus verba et sententias inter se conjunxerit, quae ejus sit syntaxis, ut dicunt grammatici, non alienum erit nonnulla afferre de ipsorum verborum formis apud illum usitatis, de vocabulorum declinatione et conjugatione

[1]) 3, 15, 1: *γύναιον ἐπακτὸν ἐξ ἄστεος.*

aliisque hujusmodi rebus ad doctrinam formarum pertinentibus. Qua in re, nisi fallor, optimum erit eodem uti ordine, quem in optimis nostrae aetatis grammaticorum libris videmus observatum.

1. De accentu.

Quod ad accentum attinet, 3, 2, 2 apud Hercherum[1]) κῆρυξ legitur, dum in nonnullis editionibus prioribus κήρυξ invenimus. Mihi quidem dubium non est, quin Longus κῆρυξ scripserit; quamquam enim verisimile est apud Jones[2]) et veteres Atticos ultimam verborum κήρυξ, φοίνιξ aliorumque syllabam fuisse longam etiam in nominativo et vocativo, tamen Homerus[3]), dramatici poëtae, quin etiam qui pedestri oratione usi sunt scriptores jam classica aetate υ et ι vocales in his casibus corripuerunt, cujus rei doctissimi[4]) homines veteres recentesque sunt auctores. Sed hoc non magni est momenti.

2. ν ἐφελκυστικόν.

ν quod vocatur ἐφελκυστικόν[5]) secundum praecepta optimorum grammaticorum non modo ante vocales ponendum est, sed etiam ante majora, ut nos dicimus,

---

[1]) Erotici scriptores graeci recognovit Rudolphus Hercher. Tomus prior, Lipsiae apud Teubnerum 1858.

[2]) Kruegerus in gramm. gr. 8, 13, adn. (Si alteram partem hujus libri citabo, II. numerum addam.)

Buttmannus in uber. gr. edit. 2. I, 41, adn. 12 cum nota (p. 167.)

Godofr. Hermannus ad Sophoclis Oed. Tyr. 746 defendit κήρυξ. Schneidewin - Nauck. hic (753) et semper scribunt κῆρυξ; cf. Phil. 562: Φοῖνιξ. (Herm. Φοίνιξ.)

[3]) Hom, Il. 3, 248. 23, 567. Od. 2, 38. 17, 334.
Dem. de corona 170.

[4]) Choeroboscus B. A. p. 1429.
Priscian. p. 753.
Lobeck. paral. p. 411.

[5]) Kr. 11, 14, 1.
Buttm. I, 26, 1. 2. 3 cum adnotationibus (p. 92. 93.)

verborum interpuncta, quamvis sequens enuntiatum primo habeat loco literam consonantem. Quod praeceptum diligentissime, ut par est, poëtae sequuntur: raro metri caussa[1]) illud ν omittitur. Poëtarum consuetudine inter scriptores pedestris orationis saepissime utuntur Attici oratores, imprimis Demosthenes[2]), quippe qui etiam medio in enuntiato ante consonantes[3]) ν posuerit, ut nonnunquam poëtae faciunt, et Isocrates[4]); qui quidem ante colon, quod vocamus ν omittere minime dubitat.[5]) Ceteri autem scriptores ν non ponunt nisi ante vocales, etiamsi majore signo interpungatur: ita Thucydides[6]), Plato[7]), Xenophon[8]). Eodem modo etiam Herodotum[9]) ν neglexisse non opus est a nobis commemorari: hic enim ne ante vocales quidem ν posuit, idque medio in enuntiato.

Quos imitati sunt scriptores aetate posteriores, ut Plutarchus[10]), qui quidem interdum ν ante consonantes

---

[1]) Soph. Ant. 296: *κακὸν νόμισμ᾽ ἔβλαστε. τοῦτο καὶ πόλεις πορθεῖ κτέ.*

[2]) in Lept. 97: *οἷς ὁ δῆμος ἔδωκεν; σαφῶς γ᾽ οὑτωσί.*

[3]) in Lept. 42: *τοῖς ἁλοῦσιν τότ᾽ ἐν Σικελίᾳ.*

[4]) panegyr. 12: *οὐχ εὑρήσουσιν. πρὸς οὓς ἔτι κτέ.*

[5]) paneg. 18: *δυσπείστως ἔχουσι· παρειλήφασι γὰρ κτέ.*

[6]) 1, 112, 5: *παρέδοσαν Φωκεῦσι. Καὶ χρόνου κτέ.*

[7]) symp. p. 190 E: *τὸν ὀμφαλὸν καλοῦσι. καὶ τὰς μὲν ἄλλας κτέ.*

[8]) Instit. Cyri 1, 6, 9: *ὁπόσοι ἂν ὦσι. Τούτοις δὴ σύ κτέ.*

[9]) 9, 89 in fine: *ἐκ Βυζαντίου δὲ διέβη πλοίοισι. οὗτος μὲν κτέ.* 8, 94 in principio: *στρατηγὸν λέγουσι Ἀθηναῖοι.* 8, 95: *τάδε ἐποίεε. παραλαβών κτέ.* 9, 85 in fine: *δέκα ἔτεσι ὕστερον κτέ.*

[10]) Themistocl. 6, 2: *χρυσὸν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε. μέγιστον δὲ κτέ.* Contra 4, 5: *κατέλιπεν. σύντονον κτέ.*

posuit a se ipse discedens, Arrianus[1]), Lucianus[2]), praecipue noster Longus, qui semper ν ante consonantes omisit:

1, 2, 1: παρέμενε. Φυλάττει.
1, 4, 1: θεάμασι. Νυμφῶν.
2, 3, 1: εἶπε. Φιλητᾶς.
3, 2, 4: ἀνέμενε. Καί.
4, 4, 4: ἐθεράπευε. Πανός;

confer etiam: I, 5, 1. 11, 1. II, 8, 4. 11, 3. 18. 30, 1. 32, 1. III, 6, 1. 6, 3. 16, 2. 22, 3. 26, 3. 33, 1. IV, 4, 1. 7, 5. 8, 2. 15, 2. 17, 3. 17, 6. 17, 6. 34, 3. 38, 4 et saepius.

3. De hiatu.

Quamquam ad hiatum[3]) evitandum alius fere quisque scriptor aliam iniit rationem, quamquam hic ab eo magis, ille minus abhorret, tamen puto operae fore pretium breviter perquirere, quomodo et quoties Longus elisione et crasi, quae dicuntur, usus sit.

α. De elisione.

Quod ad elisionem attinet,

1. de particula δέ usitatissima primo, ut par est, loquamur; quam inter locos ducentos triginta tres a me notatos sedecies inveni vocali eliso:

pr. 4: ἡμῖν δ᾽ ὁ θεός.
1, 3, 2: ὡς δ᾽ ἄν.[4])

---

[1]) Anab. 5, 17, 7: τὴν φάλαγγα ἐσήμηνε. καὶ οὕτως κτέ.

[2]) d. mort. II: καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. Πλούτων. τί ταῦτα φασίν ὦ Μένιππε. III: καὶ συναμφότερόν ἐστι. νῦν οὖν κτέ.

[3]) Kr. 13
Buttm. 29. 30. (p. 111—128.)
Lindnerus in gramm. gr. I, 40—47.

[4]) Praeterea vocalis particulae δέ eliditur:

I.	II.	III.	IV.
16,1. 2.	10,3.	12,4.	3,1.
17,2.	12,2.	17,2.	8,1.
23,1.			16,3.
			20,2; ter.

Plurimis locis (ducentis septendecim) apostropho Longus non utitur:

1, 2, 1: τὸ δὲ ὥσπερ.
2, 1, 1: ὁ δὲ ἀῤῥίχους[1]) ἔπλεκεν.
3, 2, 1: Ὁ δὲ ἐξορμηθείς.
4, 2, 1: ἐπέκειτο δὲ ἐν χώρῳ; etc. etc.

Quadragies semel δέ ante spiritum asperum positum est, quater elisione adhibita:

pr. 4: Ἡμῖν δ' ὁ θεός.
1, 16, 2: εἰ δ', ὡς λέγουσι (commate neglecto: Kr. 13, 3. 4.)
3, 12, 4: αἱ δ' ὑπεφθέγγοντο.
4, 3, 1: εὔοπτος δ' ἡ θάλαττα.

Praeterea inter sedecim locos, quibus ε eliditur, quinquies δ' invenitur ante ἄν[2]), quae conjunctio, ut etiam paulo post videbimus, plerumque elisionem vocalis antecedentis efficere videtur: δέ ante ἄν vocali non omisso apud Longum nusquam legitur.

οὐδέ conjunctionis ε inter viginti quatuor locos (decies ante spiritum asperum) quater eliditur, semel ante spiritum asperum (3, 30, 5)[3]), semel ante ἄν (1, 30, 6)[4]), semel ante εἰ (4, 18, 3), semel ante ἐντύχησε (4, 19, 4.)

---

[1]) ἄῤῥιχος vocabulum poetarum est et posteriorum scriptorum.

Adnotatio.

Longus plurimis vocabulis usus est, quae apud poetas tantum vel apud posteriores scriptores inveniuntur, quorum maximam partem notavi. Sed longum est de hac re hoc loco latius disserere, qua de caussa satis habebo necessaria dixisse, quotiescunque procedente libello nostro in tale verbum inciderimus.

[2]) 1, 3, 2: Ὡς δ' ἄν.
4, 8, 1: ἔκλαυσε δ' ἄν τις.
4, 16, 3: ἡδέως δ' ἄν.
4, 20, 2: τί δ' ἄν ἐψεύδετο.
4, .0, 2: πῶς δ' ἄν.

[3]) οὐδ' ὥς.

[4]) οὐδ' ἂν ἀπόλοιτο.

μηδέ sexies ante vocales inveni (bis ante spiritum asperum)[1]) nunquam ε eliditur:

1, 2, 1: εἰ μηδὲ αἰγός.[2])

2. τέ tricies[3]) sexies a me notatum tricies quater hiatum efficit (semel, 3, 2, 5, ante spiritum asperum), bis[4]) vocalis eliditur.

οὔτε duodecies ante vocales legitur (semel[5]) ante spiritum asperum) ε litera bis[6]) omissa. Ceterum 3, 3, 3[7]) in eodem enuntiato οὔτε et οὔτ' invenimus brevi spatio interjecto.

μήτε quater[8]) ante vocales repertum semper plene scribitur.

3. ποτέ[9]), πότε[10]), οὐδέποτε[11]), τότε[12]), quotiescunque ante vocales leguntur, hiatum efficiunt.

---

[1]) 1, 16, 3, 4, 20, 1.

[2]) cf. 1, 26, 3. 3, 29, 4. 4, 29, 4.

[3]) Vocalis τέ conjunctionis non eliditur:

I	II	III		IV	
7,1.	4,4.	2,5.	15,4.	2,6.	13,5.
21,5.	24,4.	4,1.	28,2.	4,3.	15,4.
31,1.	33,1.	4,2.	30,3.	5,2.	15,4.
	37,3.	4,4.	31,2.	6,3.	19,1
	38,2.	8,2.	32,1.	7,2.	19,4.
		12,1.	32,3.	10,1.	23,2.
				11,3.	29,2.

[4]) 1, 20, 2: ὡς τούς τ' ἐμπροσθίους.
3, 29, 4: ἅμα τ' ἐδ'δου.

[5]) 2, 7, 4: οὔτε ὕπνον.

[6]) 2, 27, 2 / 3, 3, 3 } οὔτ' οὖν; contra 1, 17, 4: οὔτε οὖν.

[7]) II, 5, 1. 6, 1. III, 3, 3. 14, 3. 18, 3. IV, 28, 2. 30, 3: bis.

[8]) 2, 23, 3. 4, 24, 3.
3, 20, 1 / 3, 30, 5 } ante spiritum asperum.

[9]) ποτέ.
3, 27, 3.
4, 17, 3 ante ἄν.
4, 34, 1.

[10]) πότε.
1, 8, 3: bis.

[11]) οὐδέποτε.
2, 16, 1.
2, 23, 4.

[12]) τότε.
3, 31, 4.
4, 14, 2.
4, 28, 3.

4. ἀλλά[1]) conjunctio plerumque hiatum repudiat: quadragies quinquies ante vocales legitur (undecies ante spiritum asperum) decies α litera non omissa (semel, (2, 27, 3), ante spiritum asperum)

5. Quater invenimus ἔστ' ἄν:

2, 39, 4.
3, 11, 2.
3, 29, 1.
4, 5. 1;

dum ἔστε per se ab hiatu non abhorret:

2, 26, 5.
4, 39, 1.

ἡνίκα conjunctionis α a Longo non omittitur praeter unum locum:

---

[1]) Vocalis ἀλλά conjunctionis eliditur.

a) ante spiritum lenem: vicies quinquies.

I.	II.	III.	IV.
14,2.	2,5.	6,2. 4.	12,3.
32,3.	8,5.	16,2	17,1 3
	14,2.	23,5.	18,3.
	19,1.	25,2	21,3.
	20,3.		22,4.
	21,2.		24,1.
	23,5.		30,1.
	24,4.		31,1.
			39,1.

b) ante spiritum asperum: decies.

I.	II.	III.	IV.
pr. 1.	17,2.	6,3.	8,1.
		14,3.	35,5.
		18,1.	
		19,3.	
		25,4.	
		29,1.	

Vocalis ἀλλά conjunctionis non eliditur.

a) ante spiritum lenem: novies.

I.	II.	III.	IV.
14,2.	16,3: ter.		14,2.
	20;2.		21,1.
	26,3.		30,3.

b) ante spiritum asperum: semel.

27,3.

3, 21, 3: ἡνίκ' οὖν[1]); cf. 1. 19, 1. 2; 5, 3 32, 3; ne tum quidem, cum ante ἄν est positum: 2, 5, 4. 3, 19, 3. 4, 34, 1.

6. Ex triginta quatuor locis, quibus Longus ὥστε conjunctione utitur, quindecies ante vocales positum efficit hiatum[2]) (quater ante spiritum asperum):

2, 12, 4: ὥστε[3]) ἡ τέρψις.

7. Aliarum conjunctionum

a. ἄρα ter ante vocales legitur: semel (3, 28, 2) vocalis eliditur, bis (1, 12, 5 ante spiritum asperum et 3, 20, 2) non eliditur.

b. εἴθε bis[4]) ε non omittit.

c. ἵνα „ut" bis elisioni subjicitur: 1, 14, 2 et 1, 14, 3 (ante spiritum asperum.) Praeterea 4, 30, 4 pro: ἂν ἀξία ποτὲ Δάφνιδος φανῇ, Hercherus scripsit: ἵν' ἀξία κτέ; dubito num recte. Ceterum ἵνα[5]) „ubi" semper pleno vocali scribitur.[6])

8. Adverbiorum praeterea memoria digna esse videntur

a. ἔτι, quod octies[7]) hiatum efficit;

b. οὐκέτι, cujus ι semel[8]) non omittitur, quater[9]) omittitur, (semel ante spiritum asperum);

c. μηκέτι, cujus ι semel[10]) non eliditur;

d. ἅμα, semel[11]) sine elisione positum ante spiritum asperum;

---

[1]) Ceterum in nonnullis codicibus hoc loco legitur: ἡνίκα μὲν οὖν.

[2]) II, 2, 2. 13, 3. 20, 2. 36, 2. 38, 2. 39, 2. III, 4, 1. 5, 1. 24, 3. IV, 4, 5. 26, 3.

[3]) cf. 2, 17, 1. 2, 37, 3. 3, 34, 3.

[4]) 1, 14, 2. 3.

[5]) 1, 21, 1 verba: ἵν' ἦσαν τῶν ὀδόντων αἱ ἐμβολαί recte ut glossa ab Herchero in marginem sunt relegata.

[6]) 3, 10, 2 (ante spiritum asperum), 3, 20, 2. 4, 11, 3.

[7]) I, 32, 5. II, 22, 3. 32, 1. III, 14, 3. 23, 3. 33, 3. IV, 25, 1. 29, 4.

[8]) 2, 6, 1.

[9]) 1, 17, 1 (ante spiritum asperum) II, 2, 4 21, 1. III, 29, 1.

[10]) 4, 9, 1.

[11]) 4, 17, 2.

e. εἶτα: decies[1]) ante vocales inventum (bis ante spiritum asperum) semel α abjicit idque ante spiritum[2]) asperum;

f. ἔπειτα[3]): bis sine elisione ante vocales ponitur, (semel ante spiritum asperum);

g. μάλιστα[4]) semel sine elisione.

9. Aliorum adverbiorum a Kruegero[5]) non commemoratorum haec addamus:

h. ἔνθα[6]) quater sine elisione;

i. ὧδε[7]) bis sine elisione;

k. αὐτίκα ter[8]) sine elisione.

10. Nominum, pronominum, verborum elisio apud Longum rarissime vel omnino non invenitur: nominum enim nullum exemplum afferre possum, verbi vocalis semel[9]) eliditur, pronominum in nonnullis quidem manuscriptis, quibus Hercherus usus est, legitur:

τοῦτ' semel: 2, 8, 3.
ταῦτ' ter: 2; 6, 1. 8, 3 4, 20, 2.
τοιόνδ' semel: 3, 34, 1;

sed in aliis codicibus fortasse non pejoribus iisdem quinque locis plenam pronominis formam invenimus scriptam.

11. Contra, ut par est, praepositionum ex duabus syllabis constantium vocales finientes saepissime eliduntur. Hoc modo invenimus

a. bis ἀνθ': 2, 15, 3. 4, 20, 2.
bis ἀντ': 2, 39, 5. 4, 19, 2;

semel vero legimus: ἀντὶ αἰγῶν.

b. ἀμφί semel ante vocalem est positum idque sine elisione:

---

1) I, 13, 6: bis. II, 38, 3. III, 12, 2. 14, 4. 26, 1. IV, 12, 1. 15, 2.

2) 4, 5, 1: εἶτα οὕτως.
3, 8, 2: εἶθ' οὕτως.

3) 1, 3, 1. 2, 23, 2 (ante spiritum asperum.)

4) 2, 18.

5) Kr. 13, 5.

6) II, 21, 2. 3. III, 16, 1. 30, 2.

7) 2, 3, 1; 2, 16, 1 } ὧδε εἶπε.

8) III, 7, 3. 9, 3. 29, 1.

9) 2, 4, 4: οὐκ οἶδ' ὅπως.

ἀμφὶ ἄριστον.[1])

c. ἀπ' quinquies[2]) legimus, ter ἀφ': 2, 22, 1. 4, 8, 4. 4, 15 4;

bis autem: ἀπὸ αἰγῶν καὶ ἀπὸ οἰῶν.[3])

d. Apud διά[4]) septies elisio adhibetur, (quater[5]) ante spiritum asperum.)

e. ἐπ' invenitur quindecies[6]),
ἐφ' ter: 2, 21, 3. 3, 5, 1. 4, 26, 3;

bis autem legimus: ἐπὶ ἵππου.[7])

f. κατά praepositionis[8]) α duodevicies omittitur, (novies ante spiritum asperum.)[9])

g. μετά[10]) praepositionis sedecies, (quinquies[11]) ante spiritum asperum.)

h. παρά[12]) praepositionis septies decies, (ter[13]) ante spiritum asperum.)

i. ὑπ'[14]) novies legitur,
ὑφ'[15]) quater,

semel ὑπὸ[16]) αἰγός: 4, 19, 4.

---

[1]) 4, 15, 4.

[2]) I, 10, 3. 16, 2. 3. 17, 4. IV, 6, 1.

[3]) 3, 12, 3.

[4]) 1, 21, 2. 3, 17, 2. 4, 4, 5.

[5]) III, 4, 4. 18, 1. 27, 4. IV, 7, 2.

[6]) pr. 2. I, 6, 1. 8, 1. 15, 1. 30, 4. II, 4, 2. 24, 4. 25, 2. 28, 2. 37, 1. 2. III, 1, 1. 11, 3. 30, 3. IV, 4, 3.

[7]) 4, 10, 1.

[8]) I, 2, 2. 12, 1. 15, 3. II, 23, 3. 35, 3. III, 7, 2. 12, 4. 20, 1. IV, 33, 1.

[9]) I, 2, 1. II 3, 3. 5, 1. 34, 3. III, 15, 2. 24, 1. 32, 1. IV, 19, 5. 35, 4.

[10]) I, 13, 4. 14, 3. 29, 1. II, 7, 6. 10, 1. 39, 1. III, 20, 2. 30, 4. IV, 15, 3. 23, 1. 37, 2.

[11]) II, 10, 1. 27, 3. III, 9, 4. IV, 9, 2. 29, 4.

[12]) I, 11, 2. 31, 1. II, 4, 4. 8, 1. 19, 3. 39, 2. III, 8, 1. 22, 4. 29, 4. 30, 1. 2. 4. IV, 19, 3. 32, 3.

[13]) 1, 20, 1. 2, 8, 2. 3, 25, 3.

[14]) I, 14, 3. II, 2, 2. 4, 2. 17, 2. III, 5, 1. 32, 1. 2. IV, 8, 2. 16, 3.

[15]) II, 24, 1. III, 9, 2. 12, 2. 18, 1.

[16]) Plato symp. p. 196 C.: ὑπὸ Ἔρωτος.
Thuc. 1, 94, 1: μετὰ εἴκοσι νεῶν.

Num casu factum est, ut de his gravissimis septem hiatibus apud Longum inventis tres cum αἴξ vocabulo sunt conjuncti?

β. De crasi.

Crasi quae vocatur Longus satis raro est usus. Articuli enim confusio cum vocali sequenti tribus locis omnium codicum consensu probatur:

1, 2, 1: τοὔνομα.
4, 22, 1: θοἰμάτιον.[1])
4, 20, 1: τἀληθῆ.

Τοὔνομα autem illius exemplo usus Hercherus sex aliis locis, qaibus[2]) in omnibus manuscriptis τὸ ὄνομα legitur, τοὔνομα scripsit 1, 15, 1 Courierium secutus, reliquis quinque Hirschigium. Praeterea 2, 15, 1: Ταὐτά scripsit pro Ταῦτα Cobeto auctore et de suo 4, 39, 1: Κατὰ ταὐτά pro καὶ ταῦτα. Quibus omnibus locis num mutatione opus sit valde sum dubius. Ceterum articulum crasim evitare sex demonstrabunt exempla ex libro primo[3]) sumpta.

Crasis praepositionis et verbi in verbo composito omnium codicum consensu semel probatur 3, 32, 1: προὔπεμψε. 3, 9, 3: προὐκόμιζε et προεκόμιζε legitur. 3, 11, 2: προὔπεμπον pro προέπεμπον ab Herchero scriptum est.

Saepius cum sequenti verbo crasi confunditur καὶ conjunctio eaque certe quadragies semel. Tribus enim locis: 2, 18. 3, 20, 3. 4, 15, 2 utrum κἀκ an καὶ ἐκ sit scribendum, non satis adhuc videtur exploratum: 4, 15, 2 in optimis codicibus legitur: καὶ ἐκ τῆς πήρας προκομίσας, quod Hercherus correxit in κἀκ nulla alia de caussa, quam quod Le Fevrio placuit 2, 18 et 3, 20, 3 καὶ τῆς πήρας προκομίζειν mutare in κἀκ τῆς πήρας προκομίζειν. Sed etiam 2, 2, 5 et 2, 31, 1 in omnibus codicibus legitur καὶ ἐκ et 1, 30, 2 in non-

[1]) Luc. dial. mer. 4: θοἰμάτια γὰρ ὅλα, sicut a Luciano saepe articulus cum sequenti verbo confunditur: Asin. 1: τοὔνομα. 19: τοὐναντίον. 27: τοὐπτανεῖον. 28: τοὐμόν. 47: τἄνδον et saepissime.

[2]) I, 3, 2. 4, 1. 15, 1. 18, 2. III, 15, 1. IV, 6, 2.

[3]) I, 6, 2. 8, 1. 2. 11, 2. 12, 1. 6.

nullis saltem, qua de caussa etiam illis tribus locis καὶ ἐκ scribendum esse videtur veri simillimum. Longum enim 2, 18 et 3, 20, 3 apud προκομίζειν verbum ἐκ praepositionem omisisse non est credibile, quippe qui sine dubio hoc verbo eodem modo 4, 15, 2 usus sit atque Lucianus.[1])

Cum ἐκεῖνος pronomine καί semper (undevicies) in unum commiscetur.[2])

Item καί cum ἄν vel ἐάν novies[3]) confunditur, cum ἐγώ sexies.[4])

Καί cum ἐν praepositione quinquies[5]) commiscetur, bis non[6]) commiscetur.

Denique 4, 19, 5 legitur in melioribus manuscriptis καλοῦ κἀγαθοῦ.

Ceterum καί non saepius confundi cum vocali sequenti novem[7]) probabunt exempla ex primo libro sumpta.[8])

Ut igitur quae disseruimus breviter complectamur: circiter quadringenties ter hiatum invenimus, circiter ducenties duodequadragies est evitatus, quibus numeris operae pretium erit adscribere Longum sine dubio hiatum magis horruisse ante spiritum asperum quam

---

[1]) dial mer. 4, 5: εἶτα ἐκ τοῦ κόλπου προκομίσας ῥόμβον. cf Xen. Eph. 3, 5, 9. προκομίζειν in passivo significat: „abduci, in remotiores terras deduci." Luc. navig. 19. Hdt. 4, 121. Praecipue posteriorum est.

[2]) I, 3, 2. 29, 2. II, 11, 2. 20, 3. 24, 2. 27, 3. 28, 3. III, 21, 2. 26, 4. 30, 3. IV, 4, 2. 6, 2. 8, 2. 18, 1. 2. 25, 2. 28, 1. 33, 4. 37, 1.

[3]) I, 11, 2. 16, 5. 29, 2. 3. II, 39, 3. 5. III, 19, 3: ter.

[4]) 1, 16, 1 }
1, 18, 2 } κἀγώ.
1, 18, 2 }
1, 29, 2 κἀμοί.
2, 22, 2 κἀμοῦ.
4, 35, 2 κἀμέ.

[5]) I, 11, 2: bis. II, 5, 4. III, 22, 3. 30, 4.

[6]) I, 13, 5. 14, 1.

[7]) pr. 2. 3. I, 4, 1: bis 3. 5. 1. 6, 3. 12, 4. 5.

[8]) Etiam Lucianus plurimis locis καί cum sequenti verbo commiscet Asin. 1. 6. 7. 10: κἀγώ. 7: Κἀπειδή. 20: κἀκ. 25: Κἄν. 28: κἀνταῦθα. 45: κἄκτοτε et saepissime.

ante spiritum lenem, nam inter quadringentos tres hiatus duodeseptuaginta inveniuntur ante spiritum asperum, inter ducentos vero duodequadraginta locos, quibus hiatus evitatur, quinquaginta tres sunt spiritus asperi.

4. De declinatione.

Quod ad declinationem attinet, Longus fere nulla in re discrepat ab optimorum scriptorum consuetudine.

2, 35, 3 in plurimis codicibus prius legebatur εὔπνοοι, quod a Cobeto recte in εὔπνοι mutatum esse videtur, nam hujusmodi formae semper a nostro contrahuntur, ut

3, 1, 1: ἐπίπλουν.[1]

4, 1, 1: ἐπίπλους.[2]

1, 31, 3 usque ad Hercheri editionem legebatur βότρυας, quod hic suo jure in βότρυς[3]) correxit, nam 2, 32, 1 βότρυς accusativum omnia praebent[4]) manuscripta. Contra nescio, cur Hercherus ἀνθῶν,[5]) quae genetivi forma omnium codicum consensu probatur, in ἀνθέων mutaverit, quamquam non est dubium, quin optimi scriptores plerumque[6]) ἀνθέων maluerint.

5. De comparatione.

Comparativos duos inveni, quos classici scriptores non scripsissent.

3, 21, 5: βράδιον,[7]) quod a poëtis[8]) et posterioribus usurpatur. (Etiam βραδύτερον legimus 1, 28, 2.)

3, 30, 3: ὀλιγώτερος, qui comparativus Aeliano[9]) excepto vix apud ullum alium scriptorem invenietur.

---

[1]) in aliis codicibus: κατάπλουν.

[2]) „ „ „ : εἴσπλους.

[3]) Kr. 18, 8, 5. Buttm I, 50, 1. (p. 185) Lindner. I, 155—158.

[4]) cf. 3, 21, 1: ἰχθῦς.

[5]) IV, 10, 2. 13, 4. 2, 6. ἀνθῶν mutare oblitus est, quade caussa in adnotatione critica legitur: Scribe ἀνθέων; sed cur?

[6]) Kr. 18, 3, 5. Buttm. I, 49, adn. 4 (p. 183.)

[7]) Kr. II, 23, 3, 2. Buttm. I, 67, 5, adn. 2 (p. 263.)

[8]) Hes. O. 526: βραδίων. Plut. Fab. 12.

[9]) II. A. 2, 42; 6. 51; etiam apud Hippocratem esse dicitur.

6 De numeralibus.

Ex numeralibus afferam διπλασίων,[1]) quae forma pro διπλάσιος apud Atticos raro, apud scriptores aetate posteriores[2]) saepe legitur.

6. De pronominibus.

Etiam de pronominum formis fere nihil habeo, quod commemorem.

3, 14, 1: οἷ[3]) (dativus αὐτός pronominis) non saepe usurpatur ab optimis scriptoribus.

Cur Hercherus 1, 10, 2 pro ἀλλήλους scripserit ἐπαλλήλους,[4]) formam poëticam et posteriorem, non satis intelligo, praesertim cum caussam mutationis non addiderit.

Hoc loco mihi adjicere liceat πότερα, quod in interrogationibus rarius adhibetur quam πότερον, apud Longum[5]) semel legi: 2, 7, 1.

8. De verborum flexione.

Quod ad flexionem verborum attinet, primo nonnulla de augmento[6]) dicam et reduplicatione.

α. De augmento et reduplicatione.

In omnibus Longi codicibus plusquamperfecta

---

[1]) 3, 29, 2. 4. 4, 3: διπλασίονας.

[2]) Kr. 24, 3, 6.

[3]) Kr. 51, 2, 4. Etiam apud Lucianum οἷ nonnunquam legitur, ut Asin. 47. Bis. Acc. 1.

[4]) Soph. Ant 57: μόρον κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν Hermanus scribit: ἐπαλλήλοιν χεροῖν, qui contendit ἐπαλλήλοιν hoc loco vim habere ἀλληλοφόνοιν verbi. (cf Aesch. Sept. 932.) Praeterea a posterioribus tantum adhibetur.

[5]) Kr. 64, 5, 2. πότερα legimus: Soph. El. 1195. Ant. 1176. Achaeos fr. 3 p. 579. πότερον Soph. Tr. 342. 863. O. T. 750. El. 766.

[6]) Kr. 28. Buttm. I, 82—86 (p. 312—338.) Lindn. I, 241—254.

praesertim passivi leguntur augmento modo[1]) addito modo omisso, qua in re nihil mihi inesse videtur, quod caussam emendandi praebeat, cum etiam optimi scriptores[2]) in plusquamperfecto saepe augmentum neglexerint sono vel alia re commoti. Itaque Hercherus recte fecisse mihi non videtur, qui plerumque (praecipue II, 2, 4. 13, 4. 19, 1. 26, 5. 28, 3. 35, 1. III, 19, 1. IV, 8, 1 et nonnullis aliis locis) de suo plusquamperfectis augmentum adjecit, quarum mutationum ne illam quidem caussam afferre potest voluisse se efficere, ut Longus in augmenti usu sibi constans fuisse[3]) videatur, nam 2, 35, 1 formas *κεκήρωτο* et *πεποίκιλτο* omnium codicum consensu probatas mutare non est ausus — vel oblitus est — et quod maxime est mirandum, 4, 2, 5

---

[1]) 1, 4, 2: *ἐπεποίητο.*
2, 2, 4: *τετρύγηντο.*
3, 6, 2: *κατεκέκλειντο.*
4, 8, 1: *ἀποκεκόσμητο.*
3, 5, 1: *ἐπεφύκει.*
4, 22, 3: *ἀπολώλει* (Sic in omnibus manuscriptis: Hercherus cum Cobeto scribit *ἀπωλώλει.*)

[2]) Kr. 28, 11. Lindn. I, 243, adn. Buttmanus I, 83, adn. 9 (p. 318) commemorat *πεπόνθεσαν*, *πεπόνθειμεν* (Plato Phaed. p. 69 A, quem quidem locum apud Platonem invenire non potuisse confiteor) *δεδίει* (Plato Phaedr. p. 251. A.) Praeterea *καταλέλειπτο*, *διαβέβληντο.* etc. Apud Xenophontem nescio quo legitur *ἀποδεδράκει* (cf. Kr. 50, 7, 9.) Apud Sophoclem inveni: Ant. 600: *τέτατο.* 1202: *λέλειπτο.* Idem Sophocles etiam aliis temporibus sine augmento utitur: O. C 1606: *κτύπησε.* 1607: *ρίγησαν.* 1624: *θώυξεν.* O. R. 1249: *γοᾶτο.* Trach 904: *βρυχᾶτο.* 915: *φρούρουν.* El. 715: *φορεῖτο.* 716: *φείδοντο.* Eodem modo Eur. Phoen. 1246: *στῆτην.*

[3]) Item Hercherus in aliis eroticis scriptoribus plusquamperfecto augmentum addidit: Achill. Tat. 8, 7, 6 est: *προγέγραπτο*, Hercherus adnotat: lege *προυγέγραπτο.* Xen. Eph. 3, 5, 1: *ἐξετετέλεστο* scripsit pro *ἐκτετέλεστο.* Ceterum in eadem paragrapho legimus: *ἐκεκόσμητο.*

ipse scripsit διακέκριτο, cum in aliis editionibus et manuscriptis legitur διεκέκριτο.

Contra Hercherus 1, 22, 4 sine dubio recte ἔθελον, quae forma nusquam[1]) alibi apud Longum invenitur, in ἤθελον mutavit.

De tribus verbis βούλομαι,[2]) δύναμαι, μέλλω, quae apud Atticos saepe augmentum temporale addunt syllabico, βούλομαι nusquam inveni, δύναμαι bis[3]) cum η augmento, bis[4]) cum ε legitur, μέλλω semper (sexies) cum ε, (semel, 3, 29, 1, significat „cunctari"), idque semper in imperfecto:

1, 12, 5: ἔμελλον.[5])

εἰκάζω verbum apud Atticos[6]) (ut apud Platonem) interdum, raro certe augmentum accipit, apud Longum nusquam:

1, 23, 2: Εἴκασεν[7]) ἄν τις κτέ.

Postremo ea verba, quae ab εὐ[8]) diphthongo incipiunt, etiam apud Longum non saepe habent augmentum. Inter triginta[9]) enim locos a me notatos (εὐηγγελίζετο 3, 33, 1 et 4, 19, 2 non numeravi, quia hoc verbum semper post εὐ syllabam augmentum accipit) quater ηυ[10]) invenitur in omnibus editionibus

---

[1]) 1, 17, 2: ἤθελε. 2, 17, 2: ἤθελον. 4, 23, 2: ἤθελεν, cf. etiam Soph. O. C. 767: ἤθελες. Aj. 88. Nonn. Dionys. 43, 14: ἤθελεν.

[2]) Kr. 28, 7, 1. Buttm. I, 83, adn. 8 (p. 317.) Lindn. I, 243, b.

[3]) 1, 26, 1 } ἠδυνήθη.
4, 13, 1 }

[4]) 3, 16, : ἐδυνήθη.
1, 30, 1: ἐδύνατο, ut Luc. Bis Acc. 1. et Xen. Eph. 1, 7, 1: ἐδύναντο.

[5]) cf. III, 28, 2. 34, 2. IV, 6, 2. 7, 3.

[6]) Kr. 28, 4, 7. Buttm. I, 84, adn. 3 (p. 321.) Lindn. I, 244, adn. 2.

[7]) cf. II, 25, 4. 35, 2. IV, 2, 2.

[8]) Kr. 28, 4, 7. Buttm. I, 81, 6, adn. 4. (p, 321.) Lindn. I, 244, adn. 3.

[9]) cf. etiam Soph Ant. 1164: εὔθυνε.

[10]) 2, 2, 2 } ηὔχοντο.
2, 2, 3 }

et manuscriptis, ter in verbo εὔχομαι[1]), quod etiam apud Atticos scriptores saepissime cum ηυ augmento legitur, et semel in verbo εὐτρεπίζω. Praecipue εὑρίσκω etiam apud Atticos cum ηυ augmento non ita[2]) saepe inventum apud Longum nunquam quindecies[3]) legitur — augmentum accipit.[4])

β. De futuro Attico.

Futurum Atticnm quod vocatur Hercherus Cobeto duce in verbo κομίζειν[5]) tribus locis Longo restituit contra omnium quidem codicum auctoritatem, sed, nisi fallor, suo jure; veri simile enim non est nostrum plerumque usum[6]) Atticorum grammaticum accurate secutum in hoc verbo, cujus futurum κομίσω apud Atticos fere nunquam invenitur, ab illis discessisse.

4, 9, 1: ηὔχετο,
3, 9, 3: ηὐτρέπιζον.
Soph. Ant. 1336: συγκατηυξάμην.
Trach. 16: ἐπευχόμην.

[1]) 2, 24, 2: εὔχετο.
2, 26. 4: 4, 33, 4: εὔχοντο.
4, 32, 4: εὔξατο.
3, 9, 1: 4, 33, 4; εὐδαιμόνιζον.
1, 11, 2: 4. 35, 5: ἐντύχησαν.
4, 19, 4: ἐντύχησε.
3, 32, 1: εὐπόρησε.

[2]) Soph. O. C. 946: ηὑρέθησαν. 1125: ηὗρον.

[3]) I, 2, 1. 7, 2. III, 4, 5. 32, 2. IV, 4, 1. 25, 3. 27, 2: εὗρεν. IV, 18, 3: bis 19, 4. 5: εὗρον. III, 2, 5: εὕρισκον. III, 12, 2. IV, 25, 3: εὑρέθη. II, 28, 2: ἀνεῦρον.

[4]) Simili modo etiam Lucianum augmento usum esse his exemplis elucet: Asin. 10: ἐπιλελήσμην. 13: ἐβουλόμην. 23: ηὔχετο. 28: ἠδυνάμην. 48: ἐδυνάμην. 31: ἐδύνατο. 40: ἔμελλον.

[5]) 2, 30, 5. 4, 17, 1; 21, 1.

[6]) Kr. 31, 3, 7. Buttm. I, 95, 8. 10. adn. 13. (p. 391.) Lindn. 305. 306.

γ. De verbis liquidis.

Verborum liquidorum unum exemplum afferre possum, quo Longus sine dubio ab optimorum scriptorum usu discessit: 1, 17, 1 in omnibus manuscriptis legitur θερμᾶναι, quae forma pro θερμῆναι apud Atticos rarissime[1]) invenitur. Itaque Hercherus recte videtur in adnotatione[2]) critica huic loco verba addidisse: scribe θερμῆναι.

δ. De verbis in μι terminatis.

Nunc nonnulla dicamus de verbis in μι terminatis, quamquam etiam horum verborum apud Longum usus pauca praebet, quae commemoratione digna sint: id quod scriptori nostro minime opprobrio esse facile concedetur.

Aoristi ἔδωκα numerum pluralem, qui apud Atticos[3]) praeter Euripidem, Xenophontem, Demosthenem satis raro usurpatur, apud Longum bis notavi:

3, 11, 2 }
4, 33, 2 } ἔδωκαν;

ἔδοσαν semel[4]) legitur; in singulari autem numero ut apud Atticos semper formas aoristi primi invenimus, ut

2, 5, 3: ἔδωκα.
4, 6, 1 bis: ἔδωκε.

2, 27, 3 apud Hercherum legitur: Ἀνάστα, in[5]) aliis editionibus Ἀνίστα, quae forma, ni fallor, praeferenda est, si quidem, ut est in proverbio, de duobus malis illud sumere debemus, quod minus esse videtur. Ambo enim formae contractae poëtarum sunt, sed ἀνάστα, ut videtur, etiam magis quam ἀνίστα.

Ceterum quam accurrate Longus exempla Attica

---

[1]) Arist. de gen anim. 1, 21. Geop. 17, 13.

[2]) Kr. 33, 2, 1. Buttm. I, 101, adn. 5. (p. 438.) Lindn. I, 312, b.

[3]) Kr. 36, 10, 1. Buttm. I, 107, adn. 15. (p. 509.) cf. adn. 17. (p. 510.) Lindn. I, 335.

[4]) 4, 39, 2.

[5]) Kr. 36, 3, 4. cf. 5, 4. Buttm. I, 107, adn. 20 cum nota (p. 511.) cf. 107, 18, adn. 1. (p. 502.) Lindn. I, 330, adn. 2.

sit imitatus, optime intelligitur ex usu verborum in νυμι vel ννυμι terminatorum, quorum formas apud nostrum[1]) usitatas breviter nunc complectar. In activo horum verborum Longus ut omnes Attici[2]) haesitat inter formas in ύω et inter formas in υμι terminatas:

Praesens.

1. sing. 4, 22, 4: ὄμνυμι.
4, 16, 4; 19, 3: ἐπόμνυμι. Contra
3, 10, 3: ἀπολλύω.
3. sing. 1, 6, 2. 3, 29, 1: δείκνυσι.
partic. 3, 6, 2: ἀποκτιννύς.
4, 40, 2: ἀναρρηγνύντες.
1, 23, 3: πηγνῦσα.
Sed 2, 23, 2 legitur: ἐπιρρωννύουσα
et 4, 16, 2: ὀμνύοντος et ὀμνύς,
idque minimo spatio interjecto.
infin. 3, 10, 4. 4, 27, 2: ὀμνύειν.
4, 34, 1: δεικνύειν.

Imperf.

1. sing. 2, 4, 4: ὤμνυον.
3. sing. 2, 17, 1; 39, 5. 4, 20, 2: ὤμνυε.
4, 34, 2: ἐδείκνυε. Contra
3, 33, 2: ἐνεπήγνυ.

---

[1]) Kr. 36, 11, 2. Buttm. I, 107, 2. (p. 500.) cf. 13 (p. 504.) Lindn. I, 329, adn. 4.)
[2]) Soph. Trach. 1185: ὄμνυ.
1188: ὄμνυμι.
1250: δεικνύς.
Dem. adv. Con 40: ὀμνύων.
Xen. Eph. 1, 11, 5: ὀμνύω.
1, 11, 6: 3, 5, 6: ἐπώμνυε.
3, 3, 3: ἐδείκνυε.
Eodem modo Lucianus:
Somn. 4: ἐδείκνυον.
Asin. 28: ὑπεζεύγνυεν.
29: ἀπώλλυε.
49: ἐδείκνυε.
52: δείκνυσι.
42: ὑποζευγνύουσι.

In passivo et medio ut apud Atticos nihil invenitur nisi formae in νμι terminatae:

1, 30, 2: ἀπόλλυται.
2, 35, 4: ἐπιδεικνύμενος.
1, 23. 3: ἐζώννυντο.
4, 36, 3: διώμνυντο.

De ceteris verbis in μι terminatis fere nihil habeo, quod dicam.

ἔνι[1]) formam pro ἔνεστι etiam apud Atticos non raro usurpatam semel[2]) legimus, ἤμην pro ἦν[3]) apud Atticos rarissimum ter[4]) invenitur.[5])

ε. De verbis anomalis.

Nunc reliquum est ut nonnullas verborum formas, quae commemoratione dignae sunt, singillatim contemplemur.[6])

ἀποκτίννυμι pro ἀποκτείνω, qua forma etiam Attici utuntur (Plato resp. p. 360 C.) apud Longum semel invenitur: 3, 6, 2: ἀποκτιννύς.

ἀπόλλυμι Futurum ἀπολέσω, quod apud Atticos[7]) dubium est, apud Homerum,[8]) Hesiodum, Herodotum interdum, apud posteriores scriptores[9]) non raro invenitur, semel legimus apud Longum.[10])

---

[1]) Kr. 9, 11, 4; cf. II, 68, 2, 7. Buttm. I, 108, adn. 21. (p. 533.) cf. II, 117, 3. (p. 375.)

[2]) 1, 20 3.

[3]) Kr. 38, 2, 2 Buttm. I, 108, adn. 14 (p. 527.)

[4]) 2, 7, 4: 4, 28, 3: ἤμην. 2, 5, 3: παρήμην.

[5]) Etiam Lucianus ἔνι et ἤμην formis non ita raro utitur, ut ἔνι: de conscr. hist. 45. Pseudol. 27. ἤμην: D. Mar. 2, 2. Asin. 15. 46.

[6]) Kr. 40. II, 39. Buttm. II, 114. (p. 89—332.) Lindn. I, 357—371.

[7]) Aristoph. aves 1506: in manuscriptis: ἀπὸ γὰρ ὀλέσεις.

[8]) Hom. Od 13, 399. Hes. Op. 180. Hdt. 2, 121, 6.

[9]) Etiam apud Lucianum Asin. 33 legimus: ἀπολέσων.

[10]) 3, 25, 2: ἀπολέσει.

γαμέω. Posteriorem formam γαμήσω pro γαμῶ semel[1]) notavi.

γίνομαι, γινώσκω, μεταγινώσκω: Hae formae, quae apud Atticos[2]) minime sunt usitatae, apud Longum semper leguntur: γίνομαι: 1, 15, 4 2, 9, 1. 3, 6, 5. 4, 3, 1 et viginti circiter aliis locis; itaque suo jure Hercherus 1, 17, 4 pro ἐγίγνετο nonnullorum codicum ἐγίνετο scripsit, et 3, 24, 1: γινομένου pro codicum γιγνομένη et γενομένη, qua in re editionem Didotianam est secutus. Quod ad γινώσκω verbum attinet, 2, 21, 1 Hercherus codicem Florentinum secutus recte scribit ἐγίνωσκον pro Cobeti ἐγίγνωσκον, praecipue cum 3, 2, 3 in omnibus manuscriptis legatur: μετεγίνωσκον.

δείδω. Participio perfecti δεδιώς Thucydide excepto satis raro apud Atticos Longus semel[3]) utitur.

ἐπαινέω. Formam ἐπαινηθησόμενος apud scriptores solutae orationis inauditam Hercherus suo jure correxit in ἐπαινεθησόμενος, quamquam in omnibus manuscriptis et editionibus legitur.[4]) Bono enim animo αἰνήσω, ᾔνησα aliasque hujusmodi formas epicis,[5]) Theogni,[6]) Pindaro[7]) concedamus, in oratione certe pedestri nunquam invenientur.

---

[1]) 4, 28, 1: γαμήσοντος.

[2]) Soph. O. C. 615: γίγνεται. Plato Leg. 5. p. 740. B.: γίγνεσθαι. Apud Theognim semper legitur γίνομαι, ut 481. 1194. Harpocrat. p. 28, 24: ἐγίνοντο. Xen. Eph 1, 11, 2: ἐπιγινομένης. Babr. 42, 8: γινώσκω. Lucianus promiscue scribit γίγνομαι et γίνομαι: γίγνομαι: Anach. 16 Asin 4. 12. 13. 17. 22. 38. 43. γίνομαι: D. Mort. 6, 2 et 3. Philopatr. 10. Asin. 46. Contra plerumque γινώσκω scripsisse videtur, ut Imag. 9. Philopatr. 10.

[3]) 2, 21, 1: δεδιότες.

[4]) Buttm. I, 95, adn. 6 cum nota (p. 388)

[5]) Hom. Il. 24, 30: τὴν δ' ᾔνησ' κτέ.

[6]) Theogn. 963: Μήποτ' ἐπαινήσῃς.
969: ἔφθην αἰνήσας.

[7]) Pind. Nem. 1, 72: σεμνὸν αἰνήσειν δόμον. Pyth. 10, 69: κἀδελφεοὺς μὲν ἐπαινήσομεν, contra Simnon. Am. 7, 112: αἰνέσει.

ζάω. Posteriorem futuri formam ζήσομαι, quam quidem jam semel apud Demosthenem[1]) invenimus, apud nostrum[2]) bis legimus.

θνήσκω. τεθνήξομαι formam apud Atticos[3]) satis raram bis[4]) inveni.

καθέζομαι. Aoristus ἐκαθέσθην apud scriptores posterioris temporis[5]) usitatus apud Lougum quater[6]) legitur.

καλέω.[7]) Futuro καλέσω a Longo semel[8]) dicto, quamquam apud Demosthenem, Aeschinem,[9]) Lycurgum[10]) nonnunquam legitur, tamen Attici plerumque praeposuerunt καλῶ.[11])

κατακλίνω in Longi manuscriptis semel legitur 2, 9, 2: κατακλιθῆναι; cum vero satis saepe (novies) συγκατακλίνω[12]) inveniatur, etiam illi loco Her-

---

[1]) 25, 82: ζήσεται. Xen. Eph. 1, 11, 5: bis: ζήσομαι; etiam apud Luciannm, ut Asin. 27: ζήσεται.

[2]) 2, 39, 1: ζήσεσθαι. 4, 27, 2: ζήσομαι.

[3]) Plato Gorg. p. 469. D: τεθνήξεται, sed dubium. Sed Luc. Asin. 33: τεθνήξομαι D. Mort. 6, 2: τεθνήξεται.

[4]) 1, 29, 1: τεθνήξομαι. 4, 29, 4: τεθνήξεται. Synesius epist. 4 p. 165. B: τεθνηξοίμην.

[5]) (Soph. O. C. 195 in plurimis editionibus legitur ἑσθῶ [pro ἡσθῶ, γρ. ἡστῶ in codicibus], quae forma sine dubio falsa est.)

[6]) 2, 38, 3: καθεσθέντες. 3, 8, 1; 18, 4: ἐκαθέσθη. 4, 23, 2: καθεσθείς.

[7]) Buttm. I, 95, adn. 15. (p. 392.) cf. 110, adn. 15. (p. 633.)

[8]) 4, 16, 4: καλέσεις.

[9]) contra Timarch. p. 10.

[10]) c. Leocr. p. 150: ἐπικαλέσεται.

[11]) Xen. symp. 1, 15: καλεῖ.
Hellen. 6, 3, 2: παρακαλοῦντας.
Dem. Lept. 5: προκαλεῖσθε.

[12]) συγκατακλίνω poetarum et posteriorum est: Plut. Mor. p. 655. A. Xen. Eph. 1, 7, 3. Ar. Acharn. 981. Nub. 49; apud alium scriptorem vix invenietur.

cherus συγκατακλινῆναι[1]) restituit idque ϑ litera mutata, quod aoristum secundum semel (3, 14, 5.) omnium codicum consensu probatum Cobeto auctore semper et fortasse suo jure in textum reduxit. Etiam Aristophanes et Plato κατεκλίνην aoristo saepius utuntur.

κίρνημι[2]) cum medio κίρναμαι, alia forma verbi κεράννυμι, quae in oratione soluta vix alibi invenietur, Longus semel[3]) usus est.

νέμω. Posteriorem formam νεμήσω pro νεμῶ semel[4]) notavi.

ὄζω. Perfectum ὄδωδα, quod Homeri et scriptorum posterioris aetatis est, bis[5]) invenitur.

[ῥέω.] 3, 19, 2 in omnibus codicibus legitur: καὶ αἵματι κείσεται πολλῷ, quo loco Hercherus Cobetum secutus pro κείσεται scripsit ῥεύσεται, quae futuri forma apud Atticos satis est rara. Certe quidem κεῖμαι cum dativo solo ἐν praepositione non adjecta constructio verborum est minime usitata, sed nescio an loco nostro melius medeamur praepositionem illam inserentes[6]), (quae facile omitti potuit), quam κείσεται in ῥεύσεται mutantes. Hac enim mutatione Longo forma tribuitur, qua nusquam alibi usus est.

συνέκκειμαι. Hoc verbum praeter duos Longi[7]) locos et unum Heliodori[8]) vix in ullo libro graece scripto inveniri poterit.

---

[1]) συγκατακλινῆναι: II, 7, 7. III, 14, 1. 2. 4. 5. 24, 2. IV, 17, 2. 40, 3. συγκατακλίνεται: II, 11, 2.

[2]) Buttm. I, 112, 16. (p. 70.)

[3]) 3, 7, 1: ἐκίρνατο. κιρνάω etiam apud Lucianum legitur: Asin. 46.

[4]) 2, 23, 5: νεμήσετε.

[5]) 1, 16, 2 } 3, 28, 2 } ὀδωδώς.

[6]) Ceterum etiam Soph. Trach. 137 scribit ἐλπίσιν ἴσχειν pro ἐν ἐλπίδι ἔχειν, et apud Thucydidem legitur: ὀργῇ ἔχειν.

[7]) 4, 18, 3 } 4, 19, 5 } συνεκκείμενα.

[8]) Aethiopica 2, 31.

ὑποστορέννυμι verbum praeter poetas[1]) non invenitur nisi apud posteriores[2]) scriptores; Longus eo ter[3]) utitur.

ὠνέομαι. Aoristum *ἐωνησάμην*[4]) apud Atticos nunquam usitatum semel[5]) legimus apud Longum.

9. De nominibus deminutivis.

Quod ad verborum derivationem pertinet, operae pretium erit nonnulla dicere de nominibus deminutivis quae dicuntur. Noster quidem Longus deminutivis uti valde amat, id quod ei cum plurimis posterioris aetatis scriptoribus commune esse videtur. Itaque mirum non est, quod terminationum longe plurimarum, in quas nomina deminutiva exire possunt, exempla in nostro reperiuntur; id quod nunc breviter contemplemur:

ιον:

1. *βοτρύδιον* semel[6]) legitur.

Attici scriptores hoc deminutivum vitare videntur.

2. *ἡμιθωράκιον* bis.[7])

Praeter Pollucem[8]) et Plutarchum[9]) vix usquam reperietur.

3. *θυγάτριον* sexies.[10])

Hoc verbum vix apud Atticos invenietur, dum apud posteriores[11]) scriptores non raro legitur. Plutarchus eo saepius utitur, itemque nonnunquam Dio[12]) Cassius.

---

[1]) Hom. Od. 20, 139: *ὑποστορέσαι.*
Ar. Eccl. 1030: *ὑποστόρεσαι.*

[2]) Plut. Rom. 5. Num. 10.

[3]) 2, 31, 1 3, 18, 4. 4, 38, 1.

[4]) Hic aoristus apud Lucianum saepius legitur, ut Asin. 35. 36. 42. 46. 48.

[5]) 2, 15, 3: *ὠνήσαιτο.*

[6]) 2, 13, 1. Invenitur etiam apud Alexim Ath. XII, 516 e et apud posteriores.

[7]) I, 28, 1. 30, 3.

[8]) 1, 134. 7, 155. 10, 142.

[9]) Mor. p. 596 D. gen. Socr. 29.

[10]) I, 6, 2. III, 26, 3. IV, 35, 1. 3. 5. 39, 2.

[11]) Macho apud Ath. 13, 581. c.

[12]) 39, 64. 59, 28.

4. κλυδώνιον semel.[1])
5. κριθίον semel.[2])
Hoc verbum scriptorum est posteriorum.
6. Δυκαίνιον decies.[3])
7. μειράκιον octies.[4])
8. παίγνιον semel[5]); quod nomen deminutivum esse Buttmannus[6]) dubitare, Kruegerus[7]) credere videtur.
9. παιδίον undetricies.
10. χλαμύδιον bis.[8])
Etiam hoc verbum apud scriptores posterioris tantum temporis est usitatum.[9])
Praeterea formam deminutivorum retinuerunt vi diminuendi amissa: quae res non impedit, quominus haec verba deminutivis attribuamus:
11. ἀργύριον ter[10]) scriptum.
12. αὔλιον semel.[11])
13. θηρίον quater.[12])
14. κηρίον bis.[13])
Hoc verbum quod proprie favum vel ceram — ital, 28, 1 — significat, apud poetas et posteriores scriptores[14]) (sed jam apud Xenophontem Anab 4, 8, 20.)

---

[1]) 2, 14, 1.
[2]) 3, 30, 3.
[3]) III, 15, 1. 2. 17, 1. 18, 1. 3. 19, 1. 20, 1. 2. IV, 38, 2. 40, 3.
[4]) I, 28, 2. III, 30, 5. 31, 4. IV, 6, 2. 13, 2. 17. 2. 25, 3. 33, 4.
[5]) 4, 40, 3; etiam apud Lucianum Asin. 47. 49. Philopatr. 10.
[6]) II, 119, adn. 31. (p. 441.)
[7]) 41, 10, 1.
[8]) 1, 2, 3. 4, 21, 2.
[9]) Plut. Rom. 8. amat. 10 et saepius.
[10]) II, 15, 3. III, 28, 2. 30, 1.
[11]) 4, 18, 3.
[12]) 1, 16, 1. 2, 15, 2 3, 23, 4. 4, 17, 4.
[13]) I, 18, 1. 28, 1.
[14]) Hippocr. p. 475, 5. Hippon. apud Ath p. 645. C. Etiam Luc Dem. 52.

plurali numero sensum μέλι vocabuli accepit ut apud nostrum 1, 18, 1.

15. πεδίον semel.[1])

16 ποίμνιον bis et vicies.

Hoc vocabulum proprie significat gregem[2]) ovium, sed in hac potestate apud Longum septies[3]) invenitur, qui plurimis locis οἶς[4]) nominis eo utitur sensu (quindecies), ut quodammodo vis deminutiva retineri videatur, quod ex tota grege una pecus sumitur.[5]) Ceterum etiam οἶς nonnunquam apud Longum invenitur praesertim κριός vocubulo opposito,[6]) et saepius πρόβατον.[7]) Praeterea nonnullis locis ποίμνη vocabulum legimus, quod proprie gregem ovium significare constat.[8])

17. φορτίον semel.[9])

18. φυκίον bis.[10])

19. χωρίον ter[11])

ίδιον:

20. ξιφίδιον ter.[12])

άριον:

21. Γναθωνάριον semel.[13])

22. τοξάριον ter.[14])

---

[1]) 1, 1, 2.

[2]) Hdt. 2, 2 3, 65

[3]) I, 1, 2. 7, 2. 11, 1. 25, 1. 28, 3. II, 20, 1. 28, 3.

[4]) pr. 2. I, 8, 3. 9, 1. 10, 2. 3. 11, 2. 16, 5. 23, 1. II, 2, 2. 27, 1. 29, 3. 35, 4. III, 13, 1. 34, 2. IV, 35, 5. Praeterea 1, 32, 3 loco perditissimo Hercherus ποίμνια (oves) conjecit, sine dubio recte.

[5]) Etiam apud Zzetzem ad Lycophr. 344 ποίμνια significat „oves".

[6]) 2, 26, 1. 3, 14, 2 4. 4, 4, 3 etc.

[7]) I, 32 2. II, 7, 2. 22, 2. 4. 23, 5. 28, 3. 29, 1. 38, 2. III, 3, 4 etc.

[8]) 1, 12, 6. 2, 38, 1 4, 4, 5. 4. 32, 4 etc.

[9]) 3, 16, 2.

[10]) III, 27, 4. 28, 2.

[11]) 2, 2, 3. 4, 24, 4; 7, 5.

[12]) 1, 2, 3. 4, 16, 4. 21, 2.

[13]) 4, 16, 4.

[14]) 1, 7, 2. 2, 6, 1. 4, 34, 1.

ίσκος:

23. μειρακίσκος semel.[1])

24. στεφανίσκος ter.[2])

Hoc verbum praeter poetas vix invenietur.[3])

25. τυρίσκος semel.[4])

Apud Aelianum[5]) modo legitur.

26. χιτωνίσκος bis.[6])

Praeterea formam deminutivi retinuit

27. νεανίσκος, quod novies[7]) notavi.

Videmus igitur[8]) centum circiter viginti esse locos, quibus Longus formis deminutivis usus est: unumquodque fere caput deminutivum continet.

10. De σσ et ττ consonantibus.

Postremo mihi liceat nonnulla afferre, quae in Longi formarum usu commemoratione digna esse videntur.

Quod ad consonantes duplices σσ et ττ[9]) attinet, quorum promiscuus est usus, formas cum σσ Jonum[10]) et antiquorum Atticorum (Thucydidis[11]) et tra-

---

[1]) 1, 15, 1.

[2]) 1, 9, 2. 2, 32, 1. 3, 20. 2.

[3]) Anacr. 53, 1. Bergk. anth. lyr. p. 405.

[4]) 1, 19, 1.

[5]) H A. 8, 5: μαντεύεσθαι τυρίσκοις.

[6]) 1, 13, 1. 4, 7, 5. Etiam Luc. Amor. 44, qui qui dem liber non videtur Luciani.

[7]) II, 13, 2. 19, 3. III, 2, 3. 27, 3. IV, 11, 1. 12, 4. 17, 1. 18, 1. 29, 1.

[8]) Etiam magis vel certe eodem modo deminutiva amat Lucianus, cujus in Asino, qui ex quinquaginta sex constat capitibus, unum et quadraginta legimus deminutiva idque in una et viginti formis variis

[9]) Kr. 10, 2, 3. 4. Buttm I, 21, 3. (p. 83.) adn. 9 cum nota. (p. 85 et 86.)

[10]) Hom. Il. 2, 87: μελισσάων.
Hes. Theog. 399: περισσά.
Hdt. 2, 129: περισσότερον.

[11]) Thuc. 1, 104, 2: θαλάσσης.
Aesch. Pers. 994: ταρασσέτω.
Sept. 1043: περισσὰ κηρύσσει.

gicorum) esse proprias constat, formas cum ττ ceterorum Atticorum, praecipue Platonis.

A Longo nostro formae cum ττ scriptae ita praeferuntur, ut Hercherus suo jure tribus locis, quibus in nonnullis editionibus aut manuscriptis σσ legitur, etiam caussa in adnotatione critica non addita in ττ mutaverit:

1, 11, 2: τεττάρων.
1, 32, 3: φριματτόμεναι.[1])
4, 11, 3: μαλθάξων (pro μαλθάσσων.),

nam etiam formae apud Atticos cum ττ minus usitatae, ut ἐρέττω[2]) pro ἐρέσσω, a nostro scribuntur. Eo magis mirum est, quod Hercherus 4, 20, 2 ἔπλασσεν in textum intulit pro ἔπλασεν; quamquam enim huic loco adscribit: „ἔπλασσεν vulgo", tamen negare non poterit ab eodem Longo paulo ante 4, 20, 1 scriptum esse πλάττειν. Eodemque modo, nisi fallor, 4, 33, 4 injuria ἐξέπλησσε scripsit pro ἐξέπληξε, quod alii editores habent, ut jam Passowius.

Longus igitur hac in re multo magis sibi consentaneus fuit quam, ut exemplo utar, Lucianus,[3]) cui quidem in dicendi genere simillimus est. Hic enim formis cum ττ et σσ scriptis promiscue utitur.

Soph. Ant. 826: κισσός. 1189: κἀποπλήσσομαι.
1194: μαλθάσσοιμ' ἄν.
Eur. Phoen. 403: εὖ πρᾶσσε.
Iph. Aul. 155: φύλασσε.
Plato Polit. p. 289. E: κατὰ θάλατταν.
Xen. Cyr. 8, 2, 21: περιττά.
Anab. 4, 8, 11: περιττεύουσιν; περιττοῖς.
Ar. equ. 315: κάττυμα.
Alii scriptores haesitant inter σσ et ττ:
Babr. 36, 9: ἐκπλήσσου. 45, 6: κρείσσους.
47. 7: κρεῖττον. 45, 8: λιμώττειν.
Apollod. 2, 4, 12: ἐπιτασσομένους. 2, 17, 6: ἐφύλαττε.

[1]) φριμάσσομαι praeter Hdt. 3, 87 et Ael. H. A. 6, 44 in pedestri oratione vix invenietur.

[2]) 3, 21, 1: ἐρέττειν. ἤρεττον.

[3]) Dem. 52: μελίσσας.
Asin. 1: θετταλίας,
V. H. 1, 30: θάλατταν.

11. De σμικρός et μαλθακός adjectivis.

Adjectivorum formae σμικρός et μαλθακός pro μικρός et μαλακός etiam apud Longum invenimus, qui in hac re optimorum scriptorum[1]) imitatus est consuetudinem. Ita σμικρός dixit: I, 7, 2. 16, 2. 19, 3. II, 7, 4. 12, 1. 38, 1. His sex locis in pejoribus manuscriptis etiam μικρός legitur, quod vocabulum non est dubium[2]) II, 1, 2. 33, 2.

μαλθακός, quod praecipue apud poëtas,[3]) sed etiam apud Platonem invenitur, a Longo quater scriptum est: I, 1, 2. 2, 1. 10, 2. 13, 2. Qua de caussa Hercherus suo jure etiam 1, 4, 3 μαλακῆς in μαλθακῆς mutavit. Hic adnotemus Longum etiam verbum μαλθάσσω apud tragicos[4]) saepissime usitatum semel[5]) scripsisse.

Navig. 8: θαλάσσης.
Alex. 13: ὀρυττομένους.
Tim. 6: τεσσάρων.
Asin. 10: θᾶττον.
13: τέσσαρας.
22: συνετάττοντο.
27: λαφύσσοντας.
30: φυλαττόμενος.
34: θάλασσαν.
55: θάλατταν.

[1]) Plato plerumque σμικρός scribit. Eadem forma semel legitur apud Hom. Il. 17, 757: σμικρῇσι. Praeterea σμικρός: Pind. Pyth. 3, 107. Aesch. Ch. 204. Soph. Trach. 871. El. 450. Ant. 671. Eur. Hel. 302. 1229. Thuc. 4, 13. 7, 75. Contra μικρός: Hom. bis: Il. 5, 801. Od. 3, 296. Eur. Or. 462. Pind. Ol. 12, 12. Luc. Char. 11. Anach. 16. D. mar. 11, 2. Soph. Trach. 361.

[2]) Kr. II, 7, 7, 3. Buttm. I, 19, adn. 4. (p. 81)

[3]) μαλθακός: Hom. Il. 17, 588. Pind. Pyth. 5, 99. Aesch. Ag. 742. Soph. O. C. 774. Eur. Or. 692. Ar. av. 233. Babr. 36, 11. Plato symp. p. 195. D. Theogn. 470. 852. μαλακός: Hom. Il. 22, 373, Pind. Nem. 10, 44. Aesch. Ag. 95. Soph. Ant. 783. Eur. Med. 1403. χρυσᾶ ἔπη (Pythag.) 40. Plato Prot. 321, d. Xen. Cyr. 8, 8, 16. Theogn. 1194. Luc. Asin 37. 51.

[4]) Aesch. Prom. 1008. Soph. Ant. 1194. Eur. H. F. 298.

[5]) 4, 11, 3.

12. Adnotatio de *Μιτυλήνη* et *ἀστυκός* verbis.

Pro *Μιτυλήνη*, quod in omnibus codicibus est, Hercherus cum Seilero semper scripsit *Μυτιλήνη*. Eodem[1]) modo in *ἀστυκός* vocabulo falsam vocalem *υ* correxit in *ι*.[2])

13. De vocabulis a Longo solo usurpatis.

Verborum quae praeter Longum nusquam inveniuntur aut quae ab eo peculiari vi adhibentur haec afferam:

1. *ἁλωνοτριβέω* 3, 29, 1.
2. *ἅλωσις* 1, 24, 1; hoc tantum loco tropice adhibetur.
3. *ἔλαφος* semel[3]) significat pellem cervi.
4. *ἐμπαροίνημα* 4, 18, 1. *παροίνημα* 4, 19, 5 etiam apud Plutarchum[4]) legitur.
5. *ἔνοινος* 2, 1, 2.[5])
6. *εὐνομία* 1, 5, 1 significat — ut Philostr. imag. 2, 2 — modum bene et tranquille pascendi, 2, 35, 4 contra, ut apud omnes scriptores, bonas leges earumque obedientiam.
7. *εὔοπτος* 4, 3, 1 bis est scriptum.
8. *εὐσχολία* 3, 13, 4 conjectura ortum pro *ἀσχολία*.
9. *κιττοφάγος* 3, 5, 2.
10. *κυνόδεσμος* 2, 14, 3.

---

[1]) Kr. 41, 11, 10. 13. Buttm. II, 119, 72. (p. 447). Lindn. I, 393, 6.

[2]) IV, 16, 1. 19, 1. 38, 4.

[3]) 3, 15, 3.

[4]) Mor. p. 350 C. glor. Ath. 8, in principio.

[5]) *τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων* est locutio poetica pro *τοὺς ἐνοίνους βότρυας*, sicut Soph. dicit: Trach. 117: *βιότου πολύπονον* = *ὁ πολύπονος βίοτος*. 225: *φρουρὰν ὄμματος* = *φρουροῦν ὄμμα*. 347: *δίκης ἐς ὀρθόν* = *εἰς ὀρθὴν δίκην*. 398: *τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας* = *τὴν πιστὴν ἀλήθειαν*. Antig. 1209: *ἄσημα βοῆς* = *ἄσημος βοή*. 1265: *ἄνολβα βουλευμάτων* = *ἄνολβα βουλεύματα* Ar. Plut. 268: *χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν* = *χρυσᾶ ἔπη*: cf. Kr. II, 47, 10, 2.

11. μιμητός 3, 21, 4 significat imitatus passivo[1]) sensu. (Apud Xenophontem. Mem. 3, 10, 3. 4. 5 vertendum est: imitandus.)

12. νεορραφής 4 14, 1.

13. νόμιον, τό „cantus pastoralis" non adjectis substantivis μέλος[2]) vel ᾠδή.[3]) Ceterum νόμιος adjectivum jam per se poetarum est et scriptorum posteriorum.

14. ὁμογάλακτος 4, 9, 3 pro ὁμογάλαξ, quod et ipsum[4]) posteriorum est.

15. πρωτοφόρημα 3, 12, 2.

16. σκιταλίζω 3, 14, 4. Σκίταλοι sunt genii libidinis et impudentiae.[5])

17. τοξάριον 1, 7, 2. 2, 6, 1. 4, 34, 1.

18. ὑπεισρέω 1, 1, 1.

19. χειραγωγία 4, 12, 3. Etiam χειραγωγός[6]) et χειραγωγέω[7]) posteriorum sunt scriptorum, quamquam χειραγωγέω etiam Anacr. 1, 10 legitur.

b.

De syntaxi.

1. De numero.

Verborum formas a Longo adhibitas postquam contemplati sumus, transeamus ad ejus syntaxin.

Ac primum quidem quod ad numerum attinet, etiam a Longo nonnunquam singularis[8]) pro plurali usurpatur collective, qua in re numeralia quoque nomina singulari[9])

---

[1]) cf. Cic. de universo 3.
[2]) ut Ap. Rh. 1, 577 Anth. 7, 174.
[3]) ut Ath. XIV, p. 619 b.
[4]) semel jam apud Aristot. Pol. 1, 1, 7.
[5]) cf. Kock ad Aristoph. equ. 634.
[6]) 4, 24, 2.
[7]) 1, 21, 5. χειραγωγέω etiam apud Lucianum invenitur, ut Tim. 30. 32.
[8]) Kr. 44, 1, 3.
[9]) Kr. 24, 2, 10. Buttm. I, 70, adn. 11. (p. 277.)

numero scribi posse constat. Ceterum ne *ἀσπίς*[1]) quidem pro exercitu saepe invenitur apud Atticos, ac multo etiam rarius (praeter Herodotum[2]) et posteriores) *χείρ* ut latine manus. Longus et *ἀσπίς* (*ἵππος*) et *χείρ* vocabulo hoc modo semel usus est:

3, 1, 2: *καὶ καταλέξαντες ἀσπίδα τρισχιλίαν καὶ ἵππον πεντακοσίαν κτέ.*

4, 28, 1: *μετὰ χειρὸς* (cum manu) *γεωργικῆς ἐπιστὰς ἥρπασεν αὐτήν.*

Etiam alia substantiva invenimus collective adhibita singulari numero materiam aut copiam significanti:[3])

3, 5, 1: *καὶ ὁ κόρυμβος*[4]) *πολὺς καὶ μέγας ὅσος βότρυς κλημάτων ἐξεκρέματο.*

3, 30, 2: *καὶ τοῖς τριβόλοις*[5]) *κατειργάζετο τὸν στάχυν.*[6])

3, 31, 2: *καὶ χειρὸς περιττοτέρας δεόμενος* (manibus pluribus egens.)

3, 5, 2: *πολὺς μὲν κόψιχος, πολλὴ δὲ κίχλη,*[7])

---

[1]) Kr. II, 44, 1, 2.

[2]) Hdt. 8, 140, 4: *χεὶρ ὑπερμήκης.* Thuc. 3. 96, 3: *πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες;* cf. Xen. Oec. 21, 8. Eur. Heracl. 1035: *ὅταν μόλωσι δεῦρο σὺν πολλῇ χερί.*

[3]) Kr. 44, 1, 1.

[4]) *κόρυμβος* hic et 4, 2, 3 (serta, fructus hederae, corymbus) poetarum et posteriorum est: Mosch. 3, 4. Nonn. Jo. 19, 7. Strato 7.(anth. XII, 8.) Plut. symp. 3, 2, 1. Mor. p. 648 F. Etiam in priore potestate „summum, extremum alicujus rei" praeter Hdt. 7, 218 plane poetica est vox: Hom. Il. 9, 241. Aesch. Pers. 411. Eur. Iph. Aul. 258. Ap. Rh. 2, 601. Lycophr. 295. *κορυμβοφόρος* (2, 26, 1) praeter Nonnum (D. 18, 3. 21, 53 etc.) nusquam invenitur.

[5]) *τρίβολα, τά* posteriorum est.

[6]) *στάχυς* hoc modo praecipue a tragicis usurpatur: (Kr. II, 44, 1, 1.) Eur. Hyps. 6: *Ἀναγκαίως ἔχει βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν.* Suppl. 448 s: *ὅταν τις ὡς λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν τόλμας ἀφαιρῇ κἀπολωτίζῃ νέους.*

[7]) *κίχλη* praeter Aristotelem (H. A. 9, 20) poetarum et posteriorum est; cf. 3, 11, 2.

καὶ φάτται καὶ ψᾶρες[1]) καὶ ἄλλο κιττο φάγον πτερόν;[2]) qui locus praecipue dignus est, qui commemoretur, quod tribus singularibus repente sine caussa probabili duo plurales inseruntur. Contra pluralibus subito singularem interpositum invenimus his duobus locis:

4, 2, 2: Εἶχε δὲ πάντα δένδρα,[3]) μηλέας,[4]) μυρρίνας, ὄχνας[5]) καὶ ῥοιάς καὶ συκῆν[6]) καὶ ἐλαίας.

4, 2, 3: Ἦσαν δὲ καὶ κυπάριττοι καὶ δάφναι καὶ πλάτανοι καὶ πίτυς, quamquam hoc loco πίτυς etiam nominativus pluralis e πίτυες contractus esse potest, quae quidem forma apud Atticos non facile invenietur.[7]) Cum vero Longus, quantum scio, nominum in υς ter-

---

[1]) ψάρ Homeri et posteriorum est: Hercherus p. XLI: „Homerum a Longo expressum esse dudum ab editoribus animadversum est.“ cf. 2, 17. 3: Ἐνταῦθα οἱ κωμῆται ταραχθέντες ἐπιπηδῶσιν αὐτοῖς ὡσεὶ*) ψᾶρες ἢ κολοιοί. cum Hom. Il. 16. 583: ὅς τ᾽ ἐφόβησε κολοιούς τε ψῆράς τε et 17, 755: ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.

[2]) πτερόν nomen cum vi: ὄρνις, avis, ut nos dicimus „geflügel“, poetarum est. (cf. Ar. pax 76. Eur. Phoen. 806.) Longus hoc vocabulo ita bis est usus: hic et 3, 22, 1: καὶ ἐτέρπετο τῇ νηὶ παρατρεχούσῃ τὸ πεδίον θᾶττον πτεροῦ; ter ab eo usurpatur in usitata vi. I, 7, 2. 8, 2 III, 6, 2.

[3]) Similiter Luc. V. H. 2, 13: τὰς δὲ ῥοιὰς καὶ τὰς μηλέας καὶ τὴν ἄλλην ὀπώραν ἔλεγον μὲν εἶναι τρισκαιδεκάφορον.

[4]) μηλέα (1, 19, 2. 3, 33, 4) Homeri (Od. 7, 115. 11, 589. 24, 340.) et posteriorum est.

[5]) ὄχνη (hic bis et 1, 25, 2 [ὄχναι ex conjectura Hercheri pro λόχμαι] et 3, 33, 3). Eadem forma pro ὄγχνη etiam Theocr. 1, 134 et Theophr. H. P. 2, 5, 6; vocabulum est poetarum et posteriorum: Hom. Od. 7, 116. 120. Theocr. 7, 144.

[6]) Pluralis συκῆ nominis jam apud Homerum (ut Od. 7, 116.) et Herodotum (ut 1, 193.) legitur.

[7]) Kr. 18, 8, 5, Buttm. I, 50, 1. (p. 185.) Lindr. I, 156.

---

*) ὡσεὶ et ipsum est poeticum.

minatorum nominativo pluralis nusquam alibi usus sit, rem in medio relinquamus necesse est.

4, 30, 1 legimus: *Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς ἐδόκει τὸν γάμον κρύπτειν πρὸς μόνην ὁμολογήσαντα τὸν ἔρωτα τὴν μητέρα*, quo loco exspectamus *ὁμολογήσαντας*, quamquam numerus singularis additis verbis *τὴν μητέρα* quodammodo excusatur, nam de Daphnidis tantum matre dici potest, qui illo singulari tanquam exhibetur unus ex numero eorum, qui amoris ipsius et Chloes conscii consilium habuerant.

2, 24, 3 scriptum invenimus: *περὶ ἡλίου καταφοράς*, quae quidem locutio etiam singulari numero non ita saepe est usitata[1]) minimeque apud classicos scriptores, plurali autem praeter istum nostrum locum vix invenietur. Fortasse ut plurali uteretur, Longus commotus est eo, quod *ἡλίου δυσμαί* saepissime[2]) usurpatur, ut apud ipsum legimus:

1, 13, 3: *ἐπὶ δυσμαῖς ἦν ὁ ἥλιος*. Hic addamus *πατέρες*, ut in latina lingua patres, pro *γονεῖς, ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ*, quod apud posteriores[3]) tantum scriptores legitur, etiam apud nostrum semel inveniri.

2. De casibus.

Haec pauca habui. quae de numerorum apud Longum usu dicerem, neque multo plura mihi dicenda erunt de casibus.

Non est opus commemorare accusativum respectivum[4]) vel Graecum etiam apud Longum persaepe inveniri, ut

---

[1]) Theophr. de vent. 12. D. H. 2, 13.

[2]) Kr. 44, 3, 6.

[3]) D. H. 2, 26. d. art. rhet. 3. D. S. exc. p. 561, 22. Alciphr. 3, 61. Xen. Eph. 1, 11, 1. 3, 3, 2. 3, 5, 2. 5, 6, 4 (contra 3, 5, 8 et 5, 6, 2: *γονεῖς*.)

[4]) Kr. 46, 4. Lindn. II, 43. Seyffert. synt. gr. 19. cf. Soph. Trach. 1575: *λείπει παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην ξυνθήματ'*. Aj. 1178: *ῥίζαν ἐξημημένος*. Plato Leg. 9, p. 854. D: *δοῦλος ἐν τῷ προσώπῳ καὶ ταῖς χερσὶ γραφεὶς τὴν συμφοράν*. Xen. Anab. 5, 4, 32: *ἐστιγμένοι ἀνθέμια*. Virg. Ecl. 3, 106: inscripti nomina regum flores.

1, 12, 5: *τὸν τράγον συντεθρανσμένον ἄμφω τὰ κέρατα.*

1, 12, 6: *χώματος δὲ καὶ πηλοῦ ἐπέπαστο καὶ τὰς κόμας καὶ τὸ ἄλλο σῶμα.*[1])

Accusativum vocabuli a verbi finiti stirpe derivati[2]) quatuordecies cum verbo conjungit idque semper adjectivo vel pronomine vel alio verbo addito, ut

2, 26, 1: *αἳ οἷς τῆς Χλόης λύκων ὠρυγμὸν*[3]) *ὠρύοντο.*

3, 9, 5: *Δάφνις δὲ κενὴν τέρψιν ἐτέρπετο.*

3, 19, 2: *Χλόη δὲ συμπαλαίουσά*[4]) *σοι ταύτην τὴν πάλην.*[5])

Alii horum generum accusativi nobis erunt addendi, si de adverbiorum disseremus apud Longum usu.

In Graeco sermone saepius quam in aliis duos accusativos cum uno verbo esse conjunctos constat[6]) objecto exteriore quasi et interiore compositis. Ita etiam noster dicit:

3, 23, 5: *Δάφνιν φιλήματα κατεφίλησεν*[7]) duobus tanquam constructionibus in unam redactis, cum[8]) et dici possit: *καταφιλεῖν Δάφνιν* et: *καταφιλεῖν*

---

[1]) cf. etiam I, 15, 1. 32, 4. II, 2, 1 7, 5 8, 1. 23, 1. 34, 1. III, 15, 1. 20, 2. 24, 3. 31, 3. IV. 14, 3.

[2]) Kr. 46, 5. Lindn. II, 41. Seyff. 16.

[3]) *ὠρυγμός* substantivum praeter hunc locum et 2, 30, 3 non invenitur nisi Ael. H. A. 5, 2 et Poll. 5, c 31. Etiam *ὠρύομαι* verbum poetarum est et posteriorum scriptorum; sed etiam Hdt. 3, 117. 4, 75.

[4]) *συμπαλαίω* posteriorum est, ut Plut. Alcib. 4. Mor. p. 52. B.

[5]) cf. I, 20, 1. 30, 1. II, 12, 3. 18, 23, 4. 36, 1. 39, 1. III, 18, 3. 22, 4. 23, 5. IV, 5, 2.

[6]) Kr. 46, 11, 12. Lindn. II, 47. Seyff. 17.

[7]) *καταφιλεῖν* verbo (I, 24, 4. III, 33, 1. IV, 23, 1: bis 38, 3. 4.) praeter Xenophontem (Cyr. 6, 4, 10. 7, 5, 32. Mem. 2, 6, 33.) posteriores tantum utuntur ut Pol. 15, 1, 7. Plut. Alex. 67. Luc. Asin. 51. Nigr. 21.

[8]) cf. Soph. Trach. 49 s: *πολλὰ μὲν σ' ἐγὼ κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην.* cf. 339. 559. El. 123 556. O. C. 223. 583 s. 1120. Eur. Med. 205. Phoen. 293. Alc. 442.

φιλήματα. Credas etiam licet *φιλήματα κατεφίλησαν* quasi in unum verbum et in unam notionem osculandi esse[1]) commixta, unde simpliciter pendet *Δάφνιν* accusativus. Scilicet hujusmodi constructiones praecipue sunt poetarum.

2, 17, 2: *Οὐκ ἔπειθε ταῦτα Φιλητᾶς Μηθυμναίοις λέγων κτέ.*

Cum *πείθω* verbum, quando habet vim persuadendi alicui aliquid semper cum duobus accusativis conjungatur, Hercherus recte scribit cum Villoisono: *Μηθυμναίους.*

4, 14, 1: *κρατῶν ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις τῇ μὲν ἀρτιπαγεῖς*[2]) *τυρούς, τῇ δὲ ἐρίφους γαλαθηνούς.*

4, 38, 4: *ὁ δὲ Δάφνις καὶ ἐκάλεσέ τινας αὐτῶν ὀνομαστὶ καὶ κρατήσας*[3]) *ἐκ τῶν κεράτων κατεφίλησε.*

κρατεῖν τι (tenere aliquid) apud poetas tantum et posteriores scriptores legitur.

στεφανόω (coronare aliquem aliqua re) plerumque construitur cum accusativo personae et dativo[4]) rei, Longus rem ter genetivo expressit idque semper genetivo *πίτυος*:

2, 26, 2: *ὤφθη δὲ καὶ αὐτὴ πίτυος ἐστεφανωμένη*; cf. II, 28, 2. 31, 2.

Contra 1, 27, 2 legitur: *στεφανωσαμένη πίτυι* eodemque modo dativum invenimus 1, 23, 3. 2, 30, 5. 3, 11, 1.

---

[1]) Kr. II, 46, 18, 2.

[2]) *ἀρτιπαγής* poetarum et posteriorum est: Theocr. ep. 3. (IX, 388.) Ep. ad. 434 (IX, 32.) Philod. 86 (IX, 412); item (2, 4, 3. 4, 26, 1.) *γαλαθηνός,* sed etiam apud Hom. (Od. 4, 336. 17, 127) et Hdt. 1, 183. Anacr. apud Ael. N. A. 5, 39. Ath. IX, 396 c.

[3]) Kr. II, 47, 20, 11. Batrach. 63, 236: *βαῖνέ μοι ἐν νώτοισι, κράτει δὲ με.* Soph. O. C. 1381: *τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους κρατοῦμεν.* (Eur. Phoen. 591 Kirchhoffius pro *σκῆπτρα κρατοῦντα* scripsit *σκήπτρων κρατοῦντα.*) Plut. Mor. p. 208 E. D. S. 17, 103. D. H 4, 38 ad finem Ath. 7, p. 275. B. Luc. Amor. (non videntur L.) 44: *τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς ἐν χερσὶν ὄργανα κρατοῦντες.*

[4]) Luc. Asin. 56: *στεφανοῦμαι τῷ φιλτάτῳ ῥόδῳ.*

μικρού (paene),[1]) quod apud Atticos rarius usurpatur quam μικροῦ δεῖν,[2]) bis legimus:

3, 33, 5: μικροῦ[3]) δὲ καὶ τὰ κύτα εἶπεν ἡ Ἠχώ; cf. 3, 7, 3.

Genetivi comparativi[4]) exemplum memoria dignum est.

3. 21, 1: περιττότερα φιλούντων ὧν ἥσθιον pro: περιττότερα φιλούντων ἢ ταῦτα ἦν ὧν ἥσθιον.

Dativus[5]) quater a Longo passivo adjungitur pro ὑπό cum genetivo, ut 2, 8, 4: Τὸ ἐκ τοῦ κήπου παιδίον ὤφθη καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν; cf II, 23, 3. 5. 30, 5. ter apud verbi ὁρᾶν aoristum passivum:

2, 23, 3: ὃν αὐτῷ Σικελὸς αἰπόλος ᾖσεν ἐπὶ μισθῷ τράγῳ καὶ σύριγγι.

Hi dativi τράγῳ et σύριγγι at certe appositio additi sunt dativo μισθῷ; melior sane esset genetivus.

κελεύειν,[6]) a quo verbo apud Homerum saepius et apud scriptores post Polybium interdum[7]) pendet dativus cum infinitivo, etiam a Longo ter ita usurpatur:

3, 8, 2: ἐκέλευον δὲ καὶ τῇ Χλόῃ πιεῖν ἐγχέαι; cf. IV, 5, 1. 34, 1.

Plurimis autem locis — undecim notavi — etiam a nostro accusativus cum infinitivo post κελεύειν ponitur, ut

1, 7, 2: τὸ δὲ κελεῦσαι λοιπὸν ποιμαίνειν τὸν μὲν τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ τὸ ποίμνιον.[8])

---

[1]) Kr. 47, 16, 6.

[2]) Dem. 21, 110: μικροῦ παρῆλθέ με εἰπεῖν.

[3]) 3, 9, 2: μικροῦ δεῖν. 1, 19, 3: σμικροῦ δεῖν. Luc. D. Mar. 11, 2: μικροῦ δεῖν. Bis acc. 1: ὀλίγου δεῖν.

[4]) Kr. 47, 27. Lindn. II, 63. Seyff. 7, g.

[5]) Kr. 48, 15, 3. Lindn. II, 82. Seyff. 13, a.

[6]) Kr. 48, 7, 10. (II, 48, 7, 7.) Lindn. II, 223. Seyff. 36.

[7]) Luc. somnium (vita auctoris) 3: ἐγκοπέα γάρ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος ἐκέλευσέ μοι ἠρέμα καθικέσθαι. Contra in Luciani Asino nunquam dat. cum inf. post κελεύειν invenitur, sed novies acc. c. inf.: 2. 3. 12. 17. 19. 22. 38. 45. 53.

[8]) cf. II, 8, 4. 19, 3. III, 10, 4. 17, 2. 18, 3. IV, 15, 1. 20, 1. 27, 2. 30, 3. 35, 1.

3, 20, 1: *διοχλεῖν δὲ τῇ Χλόῃ περιττότερον ὤκνει φιλήματος καὶ περιβολῆς.*

διοχλέω[1]) verbum, gravior forma pro *ὀχλέω*, a Demosthene et Lysia cum accusativo jungitur; Lucianus[2]) aliique scriptores posteriores dicunt: *διοχλεῖν τινι περί τινος*; cum solo dativo fortasse hic tantum adhibetur.

1, 4, 2: *τὰ ἀγάλματα λίθοις ἐπεποίητο;*

Dativus vix est excusandus. An forte est dativus instrumenti? Ezspectamus genetivum materiae, qui apud Atticos[3]) raro, sed jam apud Homerum et saepius apud Herodotum et posteriores[4]) cum *ποιεῖν* verbo conjungitur.[5])

3. De articulo.

Breviter nunc consideremus, quomodo Longus articulo usus sit. Cum in multis aliis rebus tum in hac videbimus denuo nostrum auctorem a classicorum scriptorum genere dicendi multo minus discessisse quam quis pro aetate ejus putaverit. Quod ut demonstretur, satis erit eos locos diligentius perspexisse, quibus Longus genetivos[6]) casus cujuslibet generis inter articulum et substantivum posuerit. Genetivum[7]) possessivum qui vo-

---

[1]) absolute legitur 4, 1, 3: *τὴν κόπρον ἐξεφόρει τῆς αὐλῆς, ὡς ἀπόζουσα μὴ διοχλοίη.*

[2]) Amor. 17: *μεμνῆσθαι θ᾽ ὡς ὁ τήμερον ἡττηθεὶς οὐκ ἔτ᾽ αὖθις ἡμῖν περὶ τῶν ἴσων διοχλήσει.*

[3]) Thuc. 4, 31, 3. Xen. Cyr. 7, 5, 22.

[4]) Luc. Tox. 15: *καὶ τὴν εἰκόνα περιβαλὼν αὐτῆς (ἐπεποίητο δὲ λίθου λευκοῦ.)*

[5]) Kr. II, 47, 8, 3.

[6]) Kr. 50, 8, 7. Lindn. II, 6, adn. 1. Seyff. 1, d.

[7]) Gen. poss. (obj. subj.) possessive positus:

I.	II.	III.	IV.
10,2.	7,6.	3,1.	1,1.
12,4.	8,1.	14,1. 3. 5.	13,3.
13,5.	11,2.	15,3.	16,1. 3. 4.
15,1. 4.	12,1.	17,2.	17,3. 7.
17,3.	20,1. 2.	20.2	24,2.
18,3.	24,2.	21,3.	29,1. 2.
19,1: bis.	29,1.	22,4.	32,4.
28,1.	30,3: bis.	27,3.	33,1.
32,1. 2. 5.	30,4: bis.	32,2.	38,2.
	37,3.	33,3.	

catur (hoc nomine etiam genetivum objectivum et subjectivum amplectimur) secundum praecepta grammatica semel et quinquagies inter articulum et substantivum positum reperimus:

1, 10, 2: *τὰς τῶν γονάτων διαφυάς.*

Praeterea quater genetivus cum articulo conjunctus post substantivum et articulum repetitur:

2, 25, 1: *Ὁ στρατηγὸς ὁ τῶν Μηθυμναίων;* cf. II, 26, 1. III, 27, 3. 28, 3.

Contra genetivus[1]) post articulum et substantivum aut ante illa ponitur articulo non repetito sexies et sexagies, quo de numero statim sunt detrahendi illi loci viginti duo, quibus sine dubio genetivus partitivus adhibetur, ut

1, 10, 1: *τῶν προβάτων τὰ ἀποπλανώμενα.*

Quinquies igitur et quadragies genetivi possessivi

[1]) Gen. partit. partitive pos.:

I.	II.	III.	IV.
4,2.	1,2. 3.	9,3.	3,1.
10,1: bis.	11,3.		4,4.
11,2.	13,3.		5,2.
23,2. 3.	24,1.		33,2.
27,5.	30,5.		34,1. 2.
	31,2.		
	32,1.		

Gen. poss. partitive pos.:

I.	II.	III.	IV.
4,2: bis.	10,3.	1,1.	10,2.
5,2.	11,2.	5,1.	25,2.
8,3.	14,1.	6,5.	31,1.
12,2. 5.	24,1.	21,4: bis.	32,4.
13,2. 4.	26,1.	22,4.	33,3.
15,1.	28,1. 3.	27,4.	35,2.
20,2. 4.	32,3.	33,4.	
21,2. 5.	37,1.		
23,1.	38,1.		
26,1.			
27,4: bis.			
28,2.			
30,2. 6.			
31,2.			

a nostro partitive ponuntur, id quod etiam apud optimos classicae aetatis scriptores non ita raro fieri constat. Ut exemplo utar:

1, 4, 2: *Τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν.*

Itaque, ut quae supra diximus paucis complectamur: genetivus possessivus[1]) quinquies et quinquagies attributive, quinquies et quadragies partitive positus invenitur; ex quo sequitur, ut Longi oratio in hac re non multum differat ab Atticorum dicendi genere, quamquam negare non possumus eum in nominibus praecipue propriis modo partitive modo attributive positis ita non sibi ipsi constitisse, ut ejus in hac re usum certis legibus vix possimus circumscribere; id quod infra exemplis probabimus.

Nunc breviter contemplemur, quomodo praepositiones cum casibus conjunctae a Longo ponantur, si ab articulo et substantivo[2]) (adjectivo, participio) pendent. Qua in re collocatio attributiva plerumque adhibetur, ut

---

[1]) Attributive adhibetur genetivus possessivus etiam iis septem locis, quibus a Longo Thucydidis exemplum imitato (Kr. 47, 9, 19) inter praepositionem ejusque casum, a quo ipse pendet, interponitur:

1, 22, 1: *ἐκ κυνός, φασίν, οὐ λύκου στόματος.*
2, 1, 2: *ἐς βότρυος τομήν.*

cf. II, 24, 3. 39, 1. III, 21, 2. IV, 2, 1. 19, 5. Plerumque autem haec interpositio non est facta:

2, 2, 1: *ἐν ἑορτῇ Διονύσου.*

cf. pr. 1. I, 11, 1 II, 11, 1. III, 4, 5. IV, 11, 1: bis. 35, 4 etc. etc.

[2]) Praepositio cum casu attrib. pos.:

I.	II.	III.	IV.
2,3.	8,4.	2,4.	3,1.
14,3.	11,1.	13,4.	5,2.
24,1.	12,3.	18,4.	16,1.
28,1. 2.	19,3.*)	21,5: bis.	30,3.
	23,4.		33,1.
	28,2.		37,1.
	30,3: bis.		38,3.
	33,3.		40,3.
	39,3.		

---

*) 2, 19, 3 in codicibus legitur: *τῶν πρώτων οἰκιῶν παρ' αὐτοῖς*, quorum verborum ordinem suo jure immutavit Hercherus.

1, 2, 3: τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης; eodemque modo duodetricies.

Praeterea quater praepositio ejusque casus cum articulo repetitur:

1, 7, 2; Τὰς Νύμφας τὰς[1]) ἐν τῷ ἄντρῳ.

Quater praepositio cum casu suo partitive substantivo (vel participio) et articulo conjungitur:

2, 37, 2: τὴν κάμνουσαν ἐν τῇ φυρῇ;[2]) etiam[3]) his locis collocatio partitiva fortasse excusanda est graviore sono, quo auctor praepositiones cum casibus excellere voluerit.

Quater igitur et tricies praepositiones cum casu conjunctae attributive, quater partitive ponuntur, si ab articulo et substantivo (participio) pendent.

Ceterum etiam in aliis verborum conjunctionibus Longo magis placuisse collocationem attributivam quam partitivam satis apparet. Ita praepositiones cum casibus conjunctas et genetivos inter adjectivum (participium) et substantivum interjicit:

1, 23, 3: κοινὸν μετὰ τοῦ Δάφνιδος[4]) πότον.

---

[1]) cf. 1, 31, 2. 2, 26, 3. 4, 32, 3.

[2]) cf. III, 31, 4. 32, 2. IV, 37, 2.

[3]) cf. etiam: Soph. Trach. 695. s: τὸ κάταγμα τῆς οἰός. Polyb. 3, 105: τοῖς μὲν οὖν παρ᾽ αὐτὸν γενομένοις τὸν κίνδυνον ἦν ἐναργές, ὅτι διὰ μὲν τὴν Μάρκου τόλμαν ἀπόλωλε τὰ ὅλα, διὰ δὲ τὴν εὐλάβειαν τοῦ Φαβίου σέσωσται καὶ πρὸ τοῦ καὶ νῦν. Achill. Tat. 8, 7, 3: τῷ τῆς σύριγγος διηγήματι. 4. τὸν φόβον τοῦ πατρός. Luc. Asin. 24: ἐπὶ τῇ τῆς παρθένου φυγῇ. cf. 26. 45. 51. Nigr. 21: τῇ τοῦ σώματος ὁμοιότητι. de hist. conscr.: τὸ τοῦ συγγραφέως ἔργον. Asin. 4: τῆς ἀρχῆς τοῦ ζητήματος. cf. 12: bis. 19. 28. 40. 41. 42. 45. 46: bis. pro laps. in salut. 14: τοὺς καιροὺς τῶν προσαγορεύσεων. Alex. 13: ἐπὶ τοὺς θεμελίους τοῦ νεώ. Bis acc. 1: τὴν δόξαν τῆς τέχνης. Asin. 6: τῆς ἀπὸ τῆς θεραπείας ὀδύνης. Bis acc. 1: τὸν ἐπὶ τῆς γῆς βίον. Xen Eph. 1, 11, 2: τὴν τῆς Ἥρας ἱερὰν νῆσον; cf 3, 5, 6. 3, 5, 11: τὴν πόσιν τοῦ φαρμάκου.

[4]) cf. 1, 26, 2. 4, 4, 5.

1, 5, 2: εἰς ἄφθονον τοῦ γάλακτος[1]) ὁλκήν.

Eodem modo alia nomina cujuslibet generis, quae ab aliis pendent vocabulis, attributive ponuntur, sive sunt adjectiva cum articulo repetita:

1, 27, 1: τὴν ἀγροικίαν τὴν ἐμοὶ φίλην.[2])

sive adverbia:

1, 7, 2: ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν πλησίον.

sive genetiva:

2, 33, 1: σύριγγα τὴν τοῦ Δάφνιδος.

sive alia quae ad sensum enuntiati complendum et explicandum adduntur:

1, 21, 2: Καὶ οἱ κύνες οἱ τῶν προβάτων ἐπὶ φυλακῇ καὶ τῶν αἰγῶν ἑπόμενοι.

Tales accessiones, ut ita dicam, quamvis longae sint, non ita raro inter articulum et substantivum (vel participium) interjiciuntur:

1, 8, 2: τῷ τὰ πτερὰ ἔχοντι παιδίῳ.[3])

Itaque ut locos nostri a nobis comparatos denuo complectamur: sexies et centies attributiva collocatione, undequinquagies partitiva utitur: id est: collocatio attributiva plus quam altero tanto superat partitivam; qui numerus nonnullis locis a nobis fortasse neglectis vix valde mutari poterit.

Hoc loco silentio praeterire nolumus Longum Aristotelis[4]) aliorumque scriptorum consuetudinem nusquam esse imitatum, qui in genetivo inserendo minime dubitaverunt easdem articuli formas componere nullo verbo interjecto:

2, 32, 2: τῆς κόμης[5]) τῆς πίτυος.

4, 33, 4:[6]) τῆς μορφῆς τῆς κόρης.

Nominum modo attributive modo partitive positorum certas exquirere leges, ut jam supra diximus, non est

---

[1]) sed cf. 1, 12, 5: μή τι μέρος τοῦ σώματος. 1, 17, 2: ἄλλην ὁδὸν ἔρωτος.

[2]) cf. II, 30, 3. III, 16, 2: ter. IV, 16, 2. 23, 2.

[3]) cf. I, 15, 1. II, 22, 1. 30, 3.

[4]) Kr. 50, 8, 7. Lindn. II, 6, adn. 2.

[5]) κόμη „frons“ poetarum et posteriorum est (4, 2, 5): Hom. Od 23, 195. Theophr. C. P. 3, 7, 2. Aretae. p. 77. A. Dioscor 4, 63. 70.

[6]) cf. Luc. Asin. 25: τῆς φυγῆς τῆς παρθένου.

operae pretium: id intelligere poterimus scriptorem in hac re saepenumero sono esse commotum.

Genetivus nominis *ἔρως*, sive sensus amoris intelligitur sive deus Amor, plerumque attributive ponitur: hujusmodi locos novem[1]) adscripsi. Partitive positum *ἔρωτος* genetivum bis inveni:

1, 15, 1: *ἔρωτος καὶ τὰ ἔργα καὶ τοὔνομα.*
1, 17, 2: *ἄλλην ὁδὸν ἔρωτος;*

quibus locis collocatio partitiva facillime potest excusari. 1, 15, 1 enim *ἔρωτος* ab ambobus pendet substantivis, et in altero loco substantivum *ὁδός* non habet articulum, quo fit, ut genetivus minus distincte ponatur.

Contra nomina propria sine ullo discrimine modo partitive modo attributive adhibita inveniuntur, sed etiam hic collocatio attributiva[2]) multo superat partitivam:

---

[1]) 1, 13, 5: *τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα.*
* 1, 15, 1: *τὸ ἔρωτος ὄνομα.*
1, 15, 4: *τὰ ἔρωτος ἔργα.*
1, 18, 3: *τῶν ἔρωτος ἔργων καὶ λόγων.*
1, 32, 5: *τὸ ἔρωτος ληστήριον.*†)
* 2, 8, 1: *τὸ Ἔρωτος ὄνομα.*
3, 14, 3: *τὸ ἐρωτος πικρόν.*
3, 14, 5:} *τὰ ἔρωτος ἔργα.*
3, 17, 2:}

* Ceterum inter *τὸ* et *ὄνομα* Longus genetivum plerumque interjicit (I, 13, 5. 15, 1. II, 7, 6. 8, 1.) 1, 15, 1 suo jure ordine partitivo usus est, semel vero hanc collocationem minime possumus excusare:

1 3, 2: *τοὔνομα τοῦ παιδίου.*

[2]) 1) 2, 7, 6: *τὸ Ἀμαρυλλίδος ὄνομα.*
2) 4, 29, 1: *τῶν τοῦ Ἀστύλου νεανίσκων.*
3) 4, 16, 3: *τῆς Δάφνιδος σύριγγος.*
4, 16, 4: *πρὸ τῶν Δάφνιδος θυρῶν.*
4, 32, 4: *τῶν Δάφνιδος γάμων.*
4, 33, 3: *τὸ κάλλος τοῦ Δάφνιδος.*
4) 4, 16, 1: *εἰς τὸν τοῦ Διονύσου νεών.*
4, 25, 2: *ἐν τῷ νεῷ τοῦ Διονύσου.*

---

†) *ληστήριον* proprie significat latronum turbam (cf. Aeschin. 1, 19, 1. Xen. Hell. 5, 4, 42); hic habet vim latrocinii ut apud Lucianum Char. 11. 17.

inter quadraginta locos, quibus genetivi nominum propriorum pendent a substantivis cum articulo conjunctis Longus duodetricies ordine attributivo usus est. Prae-

---

5) 4, 17, 7: *τοῖς Διὸς ἀετοῖς.*
6) 1, 28, 1: *ἐκ τῆς Δόρκωνος ἀγέλης.*
1, 32, 1: *τὸν τοῦ Δόρκωνος τάφον.*
1, 32, 2: *τὴν τοῦ Δόρκωνος σύριγγα.*
7) 3, 5, 1: *πρὸ τῆς αὐλῆς τοῦ Δρύαντος.*
4, 31, 1: *τοὺς λόγους τοῦ Δρύαντος.*
8) 3, 22, 4: *τὸν μῦθον τῆς Ἠχοῦς.*
9) 4, 29, 2: *ἐπὶ τὴν τοῦ Λάμπιδος ἔπαυλιν.*
10) 4, 13, 3: *τὰ τοῦ Λάμωνος ἔργα.*
2, 37, 1: *τὸν μῦθον τοῦ Λάμωνος.*
11) 2, 12, 1: *τοὺς Μυτιληναίων ἀγρούς.*
3, 3, 1: *ὁ Μηθυμναίων καὶ Μυτιληναίων πόλεμος.*
4, 1, 1: *ὁ τῶν Μηθυμναίων ἐπίπλους.*
4, 31, 1. 2: *πάντας τοὺς ἀρίστους Μυτιληναίων.*
12) 2, 30, 4: *τὰ τῶν Νυμφῶν ὀνείρατα.*
1, 4, 2. 2, 24, 1: *τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν.*
13) 2, 24, 2: *τὸ τοῦ Πανὸς ἄγαλμα.*
2, 30, 4: *τὰ τοῦ Πανὸς ἔργα.*
14) 4, 24, 2: *τὰ δὲ τῆς Τύχης ἄλλα βουλεύματα.*
15) 2, 37, 3: *τὴν Φιλητᾶ σύριγγα.*
3, 14, 1: *τοῖς Φιλητᾶ παιδεύμασιν.*
4, 38, 2: *οἱ Φιλητᾶ παῖδες.*
2, 32, 2: *τοῦ Φιλητᾶ τὸ σεμνολόγημα.**)
16) 1, 19, 1: *ὁ τῆς Χλόης ἐραστής.*
1, 19, 1: *περὶ τοῦ τῆς Χλόης γάμου.*
2, 20, 2: *τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς.*
3, 15, 3: *τὸν Χλόης ἔρωτα.*
3, 32, 2: *τῶν Χλόης ἀπορρήτων.*
4, 33, 1: *τοὺς τῆς Χλόης πατέρας.*
1, 26, 1: *εἰς τὸν κόλπον τῆς Χλόης.*
2, 26, 1: *αἱ οἶς τῆς Χλόης.*
3) 2, 26, 1: *οἱ τράγοι οἱ τοῦ Δάφνιδος.*
11) 2, 25, 1: *ὁ στρατηγὸς ὁ τῶν Μηθυμναίων.*
3, 27, 3: *ἡ ναῦς ἡ τῶν Μηθυμναίων νεανίσκων.*
16) 3, 28, 3: *τὸν γάμον τὸν Χλόης.*

---

*) *σεμνολόγημα* posteriorum est.

terea quater genetivus nominis proprii cum articulo repetitur. Ceterum dignum est, quod commemoretur in collocatione partitiva non saepius quam bis deesse articulum nominis proprii:
4, 34, 1. 2: πάντας τοὺς ἀρίστους Μυτιληναίων; dum in ordine attributivo articulus modo desideratur — ter decies — modo reperitur — quinquies decies.

Sed ut jam supra diximus, haec omnia certis legibus non possunt circumscribi, neque apud Longum neque apud ullum alium scriptorem Graecum. Quam pulchre autem Longus articulo apud nomina propria modo omisso modo posito orationem distinguat et illustret, satis intelligetur ex hoc exemplo:

2, 37, 1: Ὁ Δάφνις Πᾶνα ἐμιμεῖτο, τὴν Σύριγγα Χλόη.

Quibus expositis reliquum est, ut nonnullos praeterea locos afferamus, qui propter articuli usum memoria digni videantur.

1) In nominibus[1]) ψυχή et σῶμα corporisque partibus articulus deesse potest et adesse, quin etiam in eodem enuntiato:

1, 4, 2: πόδες ἀνυπόδητοι, χεῖρες εἰς ὤμους γυμναί, κόμαι μέχρι τῶν αὐχένων λελυμέναι, ζῶμα[2]) περὶ τὴν ἰξύν,[3]) μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν.

2) 1, 29, 1: οἱ γάρ με ἀσεβεῖς λῃσταὶ κατέκοψαν ὡς βοῦν.

Hoc loco pronomen με melius cum verbo κατέκοψαν esset conjunctum. Similiter:[4])

---

[1]) Kr. 50, 2, 13: (exemplum secundum: Ἔπαιον τῶν μὲν μηρούς, τῶν δὲ χεῖρας, τῶν δὲ κνήμας, τῶν δὲ καὶ ἐπικυπτόντων ἔπαιον τοὺς τραχήλους καὶ τὰ νῶτα. Ξε.)

[2]) ζῶμα vocabulum poetarum est: Hom. Il. 4, 187. 216. Od. 14, 482. Soph. El. 452. Ar. fr. 309, 7. Menand. p. 153. Mein. Aesch. fr. 320. In pedestri oratione non invenitur nisi apud Hel. (2, 1. 5, 22), Achill. Tat., Long.

[3]) ἰξύς praeter Hom. (Od. 5, 231. 10, 544) et Hippocr. (p. 565, 10. F. et saepius) apud posteriores tantum scriptores invenitur: Opp. Cyn. 2, 5.

[4]) Kr. 47, 9, 20.

3, 23, 1: τῶν τινι πλουσίων pronomen τὶς inter genetivum articuli ejusque nomen interpositum est contra morem Atticorum alio vocabulo articulum non sequente, quam collocationem apud Jones[1]) usitatam nonnulli posteriorum scriptorum sunt imitati.

3) 2, 20, 2[2]): Ἐπέπλευσε καὶ τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς καὶ τοῦ Δάφνιδος.

Melius hic scriptum esset: καὶ τοῖς τοῦ Δάφνιδος; rarissime enim altero genetivo ad primum attributive interjectum addito articulus omittitur.

4) 2, 35, 4[3]): Τερπνὸν ἦν τὸ ποιμνίων, μέγα τὸ βοῶν, ὀξὺ τὸ αἰγῶν; durius dictum est pro τὸ τῶν ποιμνίων etc., quamquam hoc loco non sumus coacti cogitare de neutris pro substantivis positis τὸ ad praecedens vocabulum μέλος referentes.

5) 3, 8, 2: Καὶ[4]) ἥ (pro ἡ δὲ) vetus est articuli forma in oratione pedestri non ita saepe adhibita.

6) 3, 32, 1: ἔστι δὲ καλὸς καὶ οὐδὲν ἐοικὼς σιμῷ γέροντι καὶ μαδώσῃ[5]) γυναικί.

Hoc loco ante σιμῷ et μαδώσῃ desideramus articulum, quia Dryanti haec verba dicenti certae personae, Lamon et Myrtale, ante oculos versantur, quibuscum paulo ante collocutus est. Eadem de caussa 4, 31, 2: ὑποδήματα κατάχρυσα,[6]) τὰς περισκελίδας,[7]) τὴν μίτραν[8])

---

[1]) [Τῶν τις Φοινίκων. Dicas igitur licet: Τῶν ἄλλων τινὰς Ἑλλήνων ἐκείνῳ προεῖσθε. Δη.]

[2]) Kr. 50, 9, 8.

[3]) (Kr. 47, 5, 9. 10, ubi de neutro articuli pro substantivo adhibito agitur, e viginti exemplis tres articulo carent genetivi: τὰ Μαντινέων, (Thuc.), τὰ Κύρου (Xen.), τὰ φίλων (Eur.), bis igitur in nominibus propriis, ubi articulus deesse potest, et semel apud poetam.)

[4]) Kr. 50, 1, 5. II, 50, 1, 3. Luc. Asin. 44: καὶ ὅς.

[5]) μαδάω verbo praeter Ar. Plut. 266 posteriores tantum utuntur, ut Theophr., Ael. N. A. 15, 18.

[6]) κατάχρυσος a postremis scriptoribus adhibetur, ut a Luciano: Alex. 13.

[7]) περισκελίς posteriorum est: Philodem. 9. Plut. Mor. p. 142. C. Aristaen. 1, 19 p. 54. [1, 5, 3.]

[8]) μίτρα (hic et 1, 5, 3.) praecipue poetarum est:

Hercherus suo jure verbis ὑποδήματα et κατάχρυσα articulum addidit Cobetum secutus.

7) 4, 38, 1: οἱ Δόρκωνι προσήκοντες. Dativus substantivo (aut verbo pro substantivo posito) per articulum non saepe adjungitur.

4. De pronomine.

In pronominum usu Longus fere nunquam a classicis scriptoribus discessit.

Neutrum singulare pronominum interrogativorum,[1]) demonstrativorum, relativorum non raro pertinere ad substantiva — etiam nomina propria — generis masculini aut feminini notum est. Ita etiam Longus dicit:

1, 14, 1: τί δὲ ἡ νόσος ἀγνοῶ.
2, 7, 2[2]): τί ἐστί ποτε ὁ Ἔρως.
2, 8, 3: τοῦτ' ἔστιν ὁ ἔρως, τοῦτο μή ἐστιν ὁ ἔρως.

Qua consuetudine, ni fallor, factum est, ut τοῦτο aut τουτί tribus locis omnino adverbialem vim accepit = οὕτως „ita“:

1, 6, 3[3]): Ἡ μὲν δὴ Νάπη (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο).
2, 28, 1: ὁ Βρύαξις (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ στρατηγός.)
4, 10, 1: ὁ δὲ Γνάθων (τουτὶ γὰρ ἐκαλεῖτο).

Apud δοκεῖν „videri“ dativus pronominis saepius poni quam deesse videtur: Longus ter dativum omisit:

2, 24, 4: Νυκτῶν πασῶν ἐκείνη ἔδοξε μακροτάτη γεγονέναι.[4])

3, 6, 4 legimus: Χλόην δὲ ἦρος ὄψομαι, ἐπεὶ μὴ εἵμαρτο, ὡς ἔοικε, χειμῶνος με ταύτην ἰδεῖν.

Hoc loco desideramus αὐτήν pro ταύτην.

Hom. Il. 4, 137. 5, 857. Ap. Rh. 1, 287. Callim. Del. 222. Theocr. 27, 54, Pind. Nem. 8, 15. Eur. Bacch. 1115. Scriptorum pedestris orationis hoc vocabulo praeter Hdt. (1, 195.) et Hippocratem posteriores tantum utuntur: Plut. Num. 13. Luc. d. d. 2, 2. 18, 1. Qu. Sm. 4, 213.

[1]) Kr. 61, 8. 58, 3, 6.
[2]) cf. 3, 12, 3. 4, 35, 1.
[3]) cf. 4, 5, 2: τὸν Εὔδρομον (οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο).
[4]) cf. 3, 21, 1. 4, 4, 5.

4, 8, 4: ἐκ μιᾶς πίτυος positum est pro ἐκ[1]) πίτυός τινος. In eadem paragrapho ante legebatur: οἷς παρῴκεις καὶ ἔβλεπες, quae constructio durior quam pro elegantia nostri a Jacobsio deleta est καὶ in ἃ mutato.

Sed haec hactenus. Deinceps locuturus eram de verborum generibus, de temporum formis (praecipue de praesentis et imperfecti usu), de modis, de infinitivo, de participio, de snbjecto et praedicato, de copula, de enuntiatorum compositione, de adverbiis, de negationibus, de praepositionibus, de conjunctionibus, de Longi oratione. Temporis autem brevitate impedior, quominus hoc loco rem institutam ad finem perducam: id quod data occasiono postea snm facturus.

---

[1]) Kr. 51, 16, 11.

Theses.

1. Apud Longum 4, 8, 3: *ἔσται τὸ θέρος, τὰ δὲ οὐκ ἀκμάσει· μετόπωρον, τὰ δὲ οὐδένα στεφανώσει,* ab Herchero lacuna ante *μετόπωρον* recte est indicata; loco, ni fallor, optime medebimur *ἔσται τὸ* verba inserentes.

2 Apud Ammianum Marcellinum 22, 3, 6 scribendum esse censeo: „Florentino ex praefecto praetorio consul etiam tum rerum mutatione subita territus cum conjuge periculis exemptus diu delituit. capitis crimine tamen damnatus est absens nec redire ante mortem potuit.“

3. Ficini versio loci Platonis de rep. II, p. 378. D (*τοιαῦτα λεκτέα μᾶλλον πρὸς τὰ παιδία εὐθὺς καὶ γέρουσι καὶ γραυσὶ καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις*): „talia quaedam potius et pueris statim et adolescentibus a senioribus aniculisque narranda sunt“, de qua jam Godofredus Stallbaum dubitavit, plane est falsa: vertentum esse censeo: „talia quaedam potius et pueris statim a senibus et aniculis et iis, qui jam fiunt seniores, narranda sunt.“

Vita.

Ego Georgius Asser natus sum Vratislaviae die vicesimo septimo mensis Octobris anni millesimi octingentesimi duodequinquagesimi ex patre Godofredo, qui scholae puellarum urbanae est magister. Primis literis imbutus sum in gymnasio ad Mariam Magdalenam, quam scholam celeberrimam per viginti quatuor semestria frequentavi usque ad undevicesimum aetatis annum. Die vicesimo altero mensis Aprilis anni millesimi octingentesimi duodeseptuagesimi inter cives universitatis literarum Vratislaviensis sum receptus, ex quo tempore studiis philologicis operam navavi. Lectionibus interfui horum virorum doctissimorum: Rossbach, Hertz, Reifferscheid, Braniss, Elvenich, Rückert, Stenzler, Caro, Neumann, Karow, Lindner, Zupitza, quibus viris omnibus gratias ago quam maximas. Per hos quinque fere annos literis Graecis magis etiam me esse delectatum quam Romanis eo fortasse factum est, quod in scholis nostris ad Graecam linguam docendam minus impenditur tempus.